

A scapis nonnullis, qui regis erant secuti partes, sacris interdiceret, rex iterum offensus, miserum se clamabat, cui per unicum Sacerdotem non liceret vivere pacato; deplorabat etiam & suis esse neminem, qui se liberaret ab ea molestia. Qua quidem voce nonnulli concitati, & cum pariter non ingratus regi fore. Cantuariam profecti. Thomam interficiant, direptis illius fortunis. Rex autem magnum præ se tulit dolorem, missis Romam legatis purgandi sui causa; tandem exoravit Pontificem, ut cognitores, qui de facta caede questionem haberent, in Angliam mitteret. Cumque tandem duo essent à Pontifice missi Cardinales, neque de causa credis liquidò constaret, rex jurjurando se purgavit: & quia propter antea odium ac emissas voces non nihil in eo suspicionis atque culpe residerebat, hac tandem lege reconciliatus est, ut & Ecclesiasticis omnem deinceps benevolentiam præstaret, & intra tertium annum contra Saracenos ipse militaret, inque Syriam proficeretur. Fuit hac facta caedes anno Salutis humanæ 1171, neque multo post inelavit memoria Thomæ per miracula. Quae de re cum audisset Pontifex, renuntiantibus legatis, retulit eum in numerum Divorum.

Ad Methodium præselem Moravorum, divis postea adnumeratum. Rex Suaroplucus, Suaropluci, qui primus Christianus nomen dederat, filius, miserat, ne prius sacra obiret, quam ipse veniat reverteretur. Expectat præsul plus satis temporis, dein meridie jam instante, ac magna plebis multitudine (quia moræ longioris tædibatur) dilabente, neglecto regis imperio, ad aram se recipit, sacraque more tolemni facere incipit. Ecce tibi rex, turba venatorum, canumque grege stipatus, subitus in templum insilire, ac aram se applicat, ac agræ manus à violando præsele abstinere interim omnia que in ara deposita erant, sacra profanaque disturbat & dirigit. Hunc tantum Dei virtus quam sui contemptum, ipse præsul demum miravit. Ac Cesar Arnulfus, quod se contra Normannos rem agente Noricum depopulari esset, regnum illius per edictum publicavit, deditque illud diripiendum vicinis gentibus, Hungaris, Polonis, Austriacis: reliqua pars qua nunc extat, ultra se fidei potestatisque Boemorum permisit. At misericordiam plenius Deus, qui non vult mortem peccatoris, sed magis ut convertatur & vivat, de Rege multarum gentium, humilem inopemque sibi fecit eremi cultorem, ad montem cui Sombor nomen, quem tres dumtaxat eremite, vitam aridam duramque vivent, incolebant. Iis Rex quartus additus, nemini contubernium de tolerantia patientiæ concessit, nec nisi ante extremum diem, quis esset, se illis prodidit; à quibus etiam Nitria in Pannonia conditus fuisse dicitur, hoc elogio: Regem Moraviae Suaroplucum, in medio regi sui sepulchrum jacere. Tam late olim, tamque longe prospectabat Moravia, quam veteres Marcomanniam vocabant, quia fines Germaniae, qua Danubio in Pannoniam pergitur, terminabat.

Unum solammodo annum Boleslaus Polonorum dux, omnibus invisus, post Stanislai caedem superstes fuit. Russorum enim principes ab eo subacti, parere respuerunt, conspirarunt deinde in necem ejus nobiles plurimi. Qua tamen conspiratione detecta, ipse suæ salutis consulturus, cum filio Mieccone & paucis comitibus in Hungariam fugit, cuium Ladislavus Geisæ frater dominabatur. Ab eo Boleslaus comiter & honorifice exceptus est, mansitque ibi aliquandiu: verum exigente eum in dies magis magisque adversorum facinorum conscientia, mente captus, ipse sibi mortem conscivit, ann. Salut. 1081. *Cramer. lib. 4.* Boleslaum Deo hominibusque perosum, languore inaudito miserè interisse, filium verò veneno sublatum, *Crantz. lib. 3. cap. 14. de Vandalis narrat.*

THOMAS Capivacius, cognomine Capiniger, Patavinus nobilis, cum jure convictus atque judicatus fuisset à Bellino Episcopo Patavino, viro sanctissimo, ad solvendas decimas agrorum, quos sibi diocesani Patavina latius possidebat: cum esset agri ditissimus, & quum ea sententia, ut homini avaro, videretur multum restituta adferre, non valens id equo animo ferre, aggressus Bellinam, Romam forte pro Ecclesie suæ negotiis proficiscentem, in itinere juxta Rodigium oppidum canibus dilaniandum objecit. Ad cuius cadaver cum multa ferrent miracula, à Summo Pontifice honorifice scriptus est. Homicida autem ille, est pœnas impietatis, ut dignus erat, tunc sortè legibus humanis propter potentiam non dederit,

divino tamen judicio postmodum acriter punitus est. Nam Ejusta Dei vindicta, gravissima post hæc inopia afflicta (quoad vixit) vitam tradidit miserissimam, & tanta rei alieni magnitudine oppressus, ut in carcere infelicitè reliquum vite suæ tempus degens, maxima ferocitate confectus, & ab omnibus derelictus, miser interiret. Insuper in ultionem tanti flagitii, omnis etiam ejus soboles, que ab eo descenderat, donec supersit (ut ferunt) templum in honorem divi Bellini Deo dicatum ingredi nunquam potuit, adeoque una cum fundis, & facultatibus, haud multo post penitus defecit. *Bern. Scarda. lib. 3. hist. P. M.*

ANTONIUS à Turre, Barro Valleianus, Guischartum Episcopum Sedunensem, cum quo agrorum quorundam contentionem habebat, Sedum in arce incautum aggressus, dum oraret, præcipitem dedit per fenestras, anno Domini 1375. Ejus mortem Valleiani armis ulsi sunt, multaque ultra citroque datis & acceptis cladibus, Baronem cum tota progenie trucidarunt, & excipirarunt. *Sumptus.*

SACERDOTES.

Doeg Idumeus, pastorem Saul regis magister, cum Nobæ voti causa esset, vidit ibi Davidem exulem, cui Achimelech Pontifex panes appositos & ensen Goliath Palastrini dederat, idque Saul regi nuntiavit. Rex cum Davidem somno prosequeretur odio, Achimelech cum suis omnibus convocavit, & quod inimicum suum hospitio excepisset, ei exprobrauit. Achimelech inimicum regi Davidem esse, se igno-
rasse constanter afferuit. At Saul ira accensus, satellitibus suis ut Sacerdotes interficerent, imperavit. Qui ubi cunctantibus Doeg iussi regis eos invasi, & 85. (aut ut *Iosephus*, 305.) peremit: Nobam oppidum ferro delevit, nulli arati sexuive, ne brutis quidem, parcens. Et sic Abiathar Heli Pontificis tota perivit. Solus Achimelech F. Abiathar ephod sacrosantum arripens evasit, & Cellam ad Davidem confugit. *1. Reg. 22. & Ioseph. lib. 6. cap. 13.*

Anno Christi 1369. metalla Bithoniensis in Polonia plumbi cum argento intermixto feracia, evanuerunt, post interfectos crudeliter ab oppidanis publico consilio duos Sacerdotes, Petrum paracum oppidi, & Nicolam, qui ipsi erant à sacris concionibus. Neque hæc modo poena Bithoniensis facinus illud luerant, sed etiam ab Episcopo Cracoviensi interdido perculsi, & honore omnino privati, cum, damnatique, ne qui ex posteritate eorum deinceps sacris inisterent, aut illa sacerdotia obtinerent. Sed ab interdido & cæteris poenis post biennium demum apud Pontificem Max. per magno se redemerunt. *Cramer. lib. 12.*

ABBATES.

LEVIGILDUS Vestgothorum rex, cum filium bello prosequeretur, & milites ejus monasterium inter Saguntum & Carthaginam Siparthartiam invaderent. Miles quidam Abbat ejus cœnobii seni, gladio caput præcisurus, retinens concidit, & obijt. Reliqui fugere, & regi re nunciata, omnia cœnobio restituta sunt. *Greg. Turon. lib. 10.*

Tempore Rudolphi Hasburgensis Imper. Monachi Alaba-
chenfes interiores, se vigiliis & inedia confici causati, Volkmarum Abbatem accularunt, quòd ingenio indulgens, luxu-
que diffuens, immunis ab istis molestias viveret. Monachorum cognati, facta in monasterium irruptione, omnis diripiunt, & Volkmarum Danubium trajicientem, eminus dirigit interficiunt. Monachi consilii facinoris, ab Henrico Bojorum regulo exiguntur: sex eorum cognati, auctores caedis, catenati Straubingam deportantur, binique ibidem supplicium luunt, exsecti, rotæ innexi, in cruce acti, securi percussi. *Aventinus lib. 7. Annal. Bojorum.*

MONACHOS, ERIMITAS.

VALENS Imp. Arianæ hæresis fautor, lege lata, ut monachi militarent, nolentes per tribunos & milites sustibus iustitiam interficere quorum tum erat ingens numerus in solitudinibus Ægypti. *Evseh. Euyrop. & Orosius.*
MAURITIUS Imp. operatus in Hetruria & Campania, exarcho Romano duce, Longobardis, legem tulit, ut qui Romanæ militiae adscriptus esset, nisi finita militia, aut mancus & debilis esset, vulneris factus, Deo militare non posset. Gregorius I. Pontifex hominem admonuit, ne ejus religionem in pu-

A impugnare, ejus benignitate ex infirma sorte hominum ad summum gradum dignitatis pervenisset. *Platina.*

Mauri bis ab exercitu Caroli Magni victi, pluribus tum navibus tum locis amissis, testati sunt, se divinitus puniti, propter captos & venditos Monachos, ex insula Patallana. *Aimoinus lib. 4. c. 93.*

Joannes Imper. Constantinopolitanus anno 1142. provinciam Antiochenam à Raymundo Principe accitus inivit. Verum ab Episcopo Gabulensi, ut ab ure Latinozum abstineret, admonitus, urbem ille quidem dimisit, sed provinciam ferro flammaque ita vastavit, ut ne ipsi quidem eremitis periret. Postero anno, javulo inter venandum percussus, vitam reliquit. *Sigon. lib. 11. regn. Ital.*

Capuani quidam milites, postquam Concham castrum, quod Cassinenfium erat, judicio non obtinissent, fines cœnobii ferro & flamma perdere conluerunt. Cumque dicto die loco convenissent, & nocte interpeffa ascensis equis usque ad cresciculum matutinum se pergere arbitri essent, orta luce, in eodem adhuc loco, quo conveniant, se hærete animadvertunt. Itaque propositum suum S. Benedicti meritum impeditur exitimantes, Capuam redierunt. *Chron. Cass. lib. 2. cap. 83.*

Præceptor Henricus IV. Imp. in frequenti procerum suorum corona, funditus deleri Hirsaugienfem Monachorum conventum, eò quòd à Romani Pontificis partibus contra ipsum starent. Ad hoc facinus perpetrandum, fidelem se Ver-
nerus Argentinenfis Episcopus præstitit ministrum, qui benigne compellens suos milites, de ampliffimis monachorum spolitiis se fecit maximam. At milites Episcopo religiofos, in Dei servos sævire dereclatant. Quos Episcopus lesse majestatis fore reos, nisi iusta exequantur, pronuntiat. Mox ipse locis indutus, confendit equum, cæteris ducentem se exhibuit. Sed ex quo, inspectante exercitu, eo ipso momento dilapsus, cum magno hostu animam expiravit. Quo vi-
sio, cæteri ab inepto delitère. *Tritemius in Hirsaugien-
fe Chronico.*

Dicicpili S. Galli in monasterio Sangallensif magna persecu-
tionem passi sunt ab impio Alemannorum duce Oruvino, ejusque præfecto Erchonaldo, qui oratoricum ac sepulchrum S. Galli rege-
runt, ac sanctos patres, ibi studijs pietatis operam dantes, miserè & indignis modis tractarunt. *Bruflinius libro
de Monasterijs Germaniæ.*

Danis in Scotiam irumpentibus, multi cum Adriano Scoto-
rum Episcopo in Miram insulam (qua media plene est inter Filiam & Landoniam) ubi tum insigne erat monachorum cœnobium, fugiebant. Danos nec reverentia loci, nec viro-
rum innocentia retinuit, quin sanctiffimum eum cæterum, cœno-
bio incenso, inauditis supplicijs interimerent. *H. Boeth. lib. 10.*

Angli sub Eduardo II. rege Scotiam, Edinburgum usque, ingressi, inopia commensus ante decimum quintum diem ho-
stitium agro excedere suere coacti. In reditu, cœnobium Mel-
rosarum spoliarunt, monachos agros, qui fuga evadere non poterant, interfecerunt, & Eucharistiam arcula eximentes, in ligneam consecrerunt pyxidem, avaritiæ causa id, quod inter-
morales sacratiffimum esse debbat, spoliantes. *H. Boethius lib. 14.*

Cum Izates Adiabonorum rex religionem Judaicam suscepisset, & in rebus gerendis feliciffimus esset, fratres quoque illius eandem sequi religionem voluerunt. Id ubi Proceres Ter-
reni audivere, Abiam Arabum regem contra Izatem incitarunt. Quo egregeto victo, Vologelum Parthorum regem potentiffimum advocarunt. Cui se Izates cum sex tantum milli-
bus Deo frenis opposuit. Et mox Vologelus de Saccarum in-
cursionibus certior factus, infecto negotio abire fuit coactus. *Ioseph. lib. 30. c. 22.*

PHILOSOPHOS.

Athenienses optimum virum Socratem cicutam bibere coegerunt, quòd non sculpiris deos suos, sed sublatis in cœlum oculis Deum adoraret, quasi nubes colere videretur. *Valer. Max. lib. 1. c. 20.*

VIATORES RELIGIOSOS.

Ad viarum angustias, que in Delphos agunt, Criffæi quum infestum iter facerentis, qui oraculum peterent, sociorum copias adjuti Amphictiones Criffam expugnarunt, & certamen Pythicus lucis addiderunt, in quo tibicines canerent. *L. B. Theatr. viæ Human. Tom. IV.*

Criffæorum exirus, quò minus facinora sequerentur, neutrum quam deterruit Cirrhæos, neque enim minora latrocinia exercere. Quare victi ab Eurylocho Theffalo, qui ob roboris præstantiam novus Achilles dictus fuit, ad montem, qui Cithis nomine contra Parnassum jacer, confugere. Eurylochus ad belli reliquias persequendas, relicta exercitus ibi parte sub prætoris Hippia, abijt ipse, constituitque gymnica certamina. Hoc factum est Athenis, præturam agente Simone, Delphis autem Gyilda. Victori pecunia præmium. Annis autem sex postea debellatis reliquis Cirrhæorum, prætor Athenis Damasio, Delphis Diodoro, redintegrais ludis, coronam victo-
ri tum primum propositam quidam prodidere. *Scaliger lib. 1. Poëtics esp. 32.*

* Cornelius à Marca Lumai Comes, homo improbus, sub initium tumultuum Belgicorum Corneliom Musium virum integerrimum, ad Agathe Delphis Pastorem, Haga Batavica redemptum, summis probris affect, tandem que in cruce egi. *De quo vide Locum de Hereticis.*

PAUPERES.

HATTO BONOSUS, Archiepiscopus Moguntinus, cum circa annum 970. fames inversam præmeret Germaniam, ingentem mendicorum copiam, in horreum conclusam, incendio absumpsisse dicitur.

Vide Inhumanitas in Pauperes.
Rotenburgenfis Comes, qui in magna sui sæculi annoæ difficultate Hattonis Archiepiscopi Moguntini exemplum imitatus, magnam mendicorum turbam in horreum convocatam incendio delevit, penitentia ductus, & Romæ à Papa absolutus, in compensationem talis delicti, hortatu & seuu fratris S. Heriberti, Tuiciensè monasterium S. Benedicti condidit & liberaliffimè ditavit. *H. Hemiges in Geneal.*

Miles Romaricus consanguineo suo equum tradidit, ut se mortuo venderet, & pauperibus pretium daret. Sed ille equum vendidit, & sibi pecuniam retinuit. Post dies autem triginta, anima ejus reverfa, inquit: Triginta diebus fui in penis tartari, sed tu, qui non pauperibus quod iufferam dedisti, hodie eò venies, me in paradysum translato. Eodem die demones illum rapuerunt, & in altissimo monte post 12. dies cadaver illius est reperimentum. *Vincen. lib. 24. c. 8.*

Cum pauper quidam circiter annum Domini 606. à Nautis eleemosynam petisset, illi verò respondissent: Se nihil præter lapides habere, mendicus inquit: Omnia ergo, quæcumque manducabilia in navi sunt, vertantur in lapides. Itaque lapidum duricem omnia fortita sunt, licet color & forma rebus illis mansisset pristina. *Sigebert. in Chronico.*

ATOLOANDUS, rex Saracenorum, cum fidem fecisset Carolo Magno, multis vicioris adversus se clam, baptifimi lavacrum se postredie susceperunt esse, fide accepta, ad Carolum ipsa hora prandii venit, miraturque regi convivi apparatum, semimidos inde quosdam, humillius accubantes, ac terra penè nuda prandentes, Qui hominum hi essent, sciscitatus est, qui tam humiliter & pro despiciatiffimis dicumberent? Cui Carolus: Sunt, inquit, hi, Aigolande, cœlestis Dei nunci, qui ad me venerunt. Egone, inquit ille, tuum istum sequar Deum, cujus nuncios tu ita aspernas, ut quum cæteri laudiffimè epuletur, ipsi omnium egeratiffimi, contempti & ludibrio tibi sint? Valebis cum fidei tue instituto. Et cum his in castra reversus, futuro se prælo accinxit. *Sabel. lib. 8. Enn. 8. ex Turpino.*

FILIOS.

LEONEGILDUS Vestgothorum in Hispania rex, vel Lemugildus, vel Levigildus, acerrimus Arianæ perfidiæ defensor, habebat filium Hermenegildum, cui in uxorem Childeberti Francorum regis orthodoxi filiam dederat. Hæc egi cum Leandro Pontifice Hispalensi, ut virum suum in vera religione institueret. Hermenegildum pater primò, quòd ab Ariana perfidia descivisset, regno privavit, deinde in conventu Hispali in acie captum, in carcerem detrussit, manibus propriis (inquit Taripha, alii per fallitrem malunt) secuti percussit, anno Salutis 572. ipso Paschatis die. Sed ad ostendendam ejus gloriam, divina miracula non desuerunt; nam ad ejus corpus postmodum cantus angelicus auditus fuit, lampadeque ardentes vise. Uxor cum parvulo filio fugiens, incidit in manus militum Mauriti Imperatoris, qui tunc in Gallis verfabantur, à quibus capta in Siciliam perducitur, ut inde Constantinopolim ad Imperatorem pro obfide mitteretur. Vix terram Siciliæ attigerat, & agritudine correpta spiritum exhalavit, relicto parvulo filio, qui Constantinopolim

A polim ad Imperatorem est deductus. Interca Chilichertus, ut in juriam fororis vindicaret, grandem exercitum contra Eo-negildum in Hispania educit. Ex Vincent. lib. 21. cap. 135. lo. Magn. lib. 16. c. 9. Huius sceleris auctor fuit Goufainta, ut ab aliquibus nominatur, mater Brunechildis, Arianae haresi adhi-sissima, quae neptim suam religionis causa necari iussit. Tandem oculum alterum perdidit. Greg. Turon. lib. 5. hist. cap. 38. Simonius lib. 5. c. 38. Taripha de regib. Hispaniae.

CONJUGES.

ALMERICUS (quem alii Almericum appellant) Vestgotho-rum rex, Arianae haresos propugnator, Clotildem uxorem orthodoxam septenumero ad sacrum accessuram, stercoribus & omnis generis faetoribus confurcavit: à verbis ad verbera veniens, tam indignis eam tractavit modis, ut sudarium san-guine infectum, Childeberto regi Gallorum fratri misisse per-hibeatur. Itaque intestinum inter affines exortum est bellum. Gregorius Turonensis lib. 3. cap. 9. hystor. & Procop. lib. 1. de bello Gothico.

SERVOS.

Vandalus quidam ex iis qui Millenarii vocantur, duos ser-vos & unam ancillam Christianos habebat, quos iusti Genferici in dies singulari genere torure exercebat, ita ut vicera nuda apparerent. Verum illi Christi beneficio altero die mox sanitati restituti fuerunt. Quod cum tyrannum non permo-veret, ipse cum filiabus & optimis animalibus moritur. Sola vidua superstitis, servos donat Serasio, cognato Genferici. Qui postquam eos accepit, cum tota familia à demone fuit agitatus. Victor. de perfecta. Pand.

QUOMODO.
VLICQVE COMMINDANDO.

VALENTIS Imperat. Cubicularius, quia Aphraata mona-cho, Imperatorem liberitati monenti, acriter comminatus fue-rat, Imperatori balneum paraturus, mente capius, in oleum serventissimum insilens perit. Theodoret. lib. 4. cap. 26. ASPARES & ARDABURIUS, Orientalis Imperii duces sub Leone Imperatore, Vandalis & Ariani, cum Genferico regi Ariano faverent, & se Leoni Imperium, quod de-siderent, crepturos minarentur, à Zenone, iussu Leonis, trucidati sunt; qui Zeno Leoni postea successit. Nicephor. lib. 13. cap. 27.

VOVENDO.

Crudele votum & impium fecerunt quidam Iudaei, nihil se gusturos, donec occidissent Paulum. Act. 23. Paulus Diacon. lib. 1. de gestis Longobardorum, cap. 13. de Alboino rege Longobardorum rem mirandam commemo-rat. Cum integro triennio, & praeterea aliquot mensi-bus Papiam obediisset frustra, voverat, sese capta urbe omnes cives gladio interfectorum. Verum cum oppidani fracti diurna obfisione, sese tandem in Alboini fidem dedecent, regis Alboini equus in ipsa urbis porta incidit, & quamvis calcarius acriter urgeretur, & denique susti-nens cederetur, elevari tamen non poterat. Quidam ex-i-missit dicebat: Memento rex, quale votum voveris. Rex iuramentum revocans, equo liberè surgente, urbem in-gressus est.

ACACIUS vel Alachis, dux Tridientinus Longobardus, quum praefectum Bojorum Graphionem, qui Pitionium & cetera castra Arhelinae vallis pro praetore administrabat, tumul-tuosis praelio superasset, regi ius Cuniperto vel Pertharico rebellat. Cunctis Sacerdotum regis armis idurum, quem regem esse putarent, in pugna occidisset, & spoliarum galea, tatura Sacerdotem fuisse prodere, votum nuncupavit: Si vic-toria potiretur, falacibus mystis fibulam fe impositurum, genitalibusque Sacerdotum puteum oppleturum. Sed voti impii poenas dedit. Aventinus lib. 3. Annalium Bojorum, & Collinus lib. 4. A.L. cap. 73.

FALLEENDO.

Duo quidam Pauperes Epiphanium foras progressum ani-madvertentes, ipse amplioris elemosynae alter in terram pro-stratus le repente mortuum fingebat, alter juxta aditans, pla-

rans elemosynam pro tumulando socio petebat. Epiphanium jacenti requiem precatur, alteri sumptus funeris largitur, his verbis: Sepulchrum cura, & à lacrymis cessat, si filii non enim in praesenti resurget. His dictis, abiit: Ille socium jacentem, de-egregia simulatione collaudans, ut surgeret, hortatus est: Ar-digna simulationis impie pensu, mortuus erat revera. Itaque ad Epiphanium concito cursu alter ille currens, ut socium ex-citaret, rogat. Epiphanium vero irreparabile Dei iudicium esse asserens, ut id quod acciderat, aequo animo ferret, consistit. Sozom. lib. 7. cap. 26.

AETIUS diaconus à Leontio Episcopo Antiochia constitutus cum Ario asserens, filium Dei creatum esse, ex nihilo ortum, & Patri dissimilem; atque eo nomine eiectus ab Ecclesia fue-rat. Leontio vero post paulo ex humanis rebus exempto, Eu-doxius eam Ecclesiam ultro invalerat, & Aetii opinionem palam defendens, eos, qui sibi adverbantur, expulserat. Quare tumultu magno suburbio, Constantius Imper. Concilium Ni-caeanum ad eam rem cognoscendam indixerat. Quo locus cum fautoribus Aetii non placere, demum lecta Nicomedia est. Quo cum Episcopi pergerent, in itinere acceperunt, ipsam terram una cum basilica funditus corruisse; neque longius progressi, Constantium, quid se agere oportere, consulere. Dum autem de loco Concilii Sirmii agitur, Eudoxius, Acci-us, Ursicius, & Valens Murtae Episcopus, Ariani, quoniam pro certo habebant, omnes Episcopos aut Nicæanæ aut Antio-chienae formulae assensuros, in quarum utraque nomen sub-stantiae inerat, atque Aetii opinionem repudiandos, qua omnino vocem substantiae supprimebat; propterea à Constantio petierunt, ut duo Concilia haberentur, unum in Occiden-te, alterum in Oriente, quo à paucioribus Aetii opinio explo-deteret. Haec Graeci, Sulpitius verò ita refert: Demum Ari-ani non occulte, ut antea, sed palam ac publice haresis picula praedicare coeperunt; quin etiam Nicæanum Synodum pro se interpretantes, quam unus littera adjectione corruperant, caliginem quandam iniicere veritati. Nam tibi quidam erat scriptum, quod est unus substantiae, illi quoniam, quod est similis substantiae, scriptum esse dicebant: concedentes simili-tudinem, tum admittere unitatem, quia multum ab unitate similitudine distaret. Sed quidam ex his ultra processerunt, & quosdam, id est dissimilem substantiam confirmantes; eoque his certaminibus processerunt, ut istiusmodi piculis orbis ter-garum implicaretur. Nam Italiam, Illyricum, atque Orientem Valens & Ursicius, ceteraeque inferant; Gallias Saturninus Arelatensis Episcopus, homo impotens & factiosus preme-bat. Osum quoque ab Hispania in eandem praesidium concessisse, opinio iuit. Quibus rebus perturbato orbe terrarum, & morbo quodam Ecclesiae languentibus, legiorum quidem, sed non minus gravis cura Constantium exercebat, quod licet Ariani, quibus favebat, superiores viderentur, necdum tamen de fide inter ipsos conveniret. Constantius ergo Ariatorum precibus victus, Concilium Orientalibus Seleucia in Licia, Occidentalibus verò Ariminum in Italia anno 359. indi-xit. Episcopi Arimini collecti, statim in duas partes abierunt, atque Ecclesiam Catholicam, ad eam tum de industria vacantem Ariani, orationis loco tenuerunt, sed hi non amplius octo-ginta. Cum autem convocati assedissent, Ariani Adana-sii causa praetermissa dixerunt, se de aliis rebus convenisse, verum omnia, quae olim de fide tradita erant, irrita esse de-bere, & novae fidei formulae, quam Episcopi Sirmii modo convocati praesente & probante Constantino scripserant, stare oportere, ac continuo libellum, quem habebant in manibus, H recitarent, atque aliam fidei formulam, quam Sirmii quidem scripserant, sed aliter suppresserant, protulerunt, quae habe-bat hunc indicem: Fi. Eulebio, & Hypatio consensibus Sirmii ante diem XI. Kalend. Junias edita tuit. Creditus in uni-genitum filium Dei, solum ex solo Patre genitum. Deum de Deo, similem Patri, qui illum genuit secundum Scripturas. Quam Valens, & Ursicius, & pauci eorum soli subiditunt ampli, alii omnes Nicæanum formulam inconvulsum conser-vandam censuerunt, atque Ariani communicationem inter-dixerunt. Igitur utraque parte constanter in sua fide manente, cum finem controversiae nullus appareret, placuit Catho-licis, ut decem legati cum litteris ad Constantium mitteren-tur, qui eum, quae esset partium sententia, edocerent, & causam suam apud Imperatorem orarent, seque, ut domum dimitteret, oblectarent. Contra verò Valens & Ursicius an-terverio itinere legatos praevenerunt, & Constantium pro arbitrio retulerunt, ac Catholicos, quod formulam ab illo probatam repudiantem, infamiarunt. Quibus rebus Constantius inflammatus, Arianos eximio honore excepit, Catho-

cus

A cos verò ne audire quidem voluit, bello quod contra barba-ros comparabat, se impedire causatus; enique, ut pergit Se-verus, conscriptam ab Ariani fidem tradidit verbis fallenti-bus involutam, quae Catholicam disciplinam perfidia laren-te loquebatur. Namque Ulix, id est, substantiam verbum, tan-quam ambiguum, & temere à patribus usurparum, neque ex auctoritate Scripturarum profectum, sub specie falsa ratio-nis abolerebat, ne unius cum patre substantiae Filium crederetur. Eadem fides similem Patri filium ferebatur, sed feras oc-culta inerat, ut esset similis, non aequalis. Ita remissis lega-tis, Tauro praefecto mandavit, ut Episcopo non ante dimitte-ret, quam omnes conceptae fidei subscripsissent, & ut, si qui pertinacius obstiterent, dummodo minus quindecim essent, in exilium pelleret. Itaque regressis legatis, licet vim regiam deprecantibus, negata communico est, comperisque, quae de-creta erant, paulatim plerique Catholicorum partim imbecilli-tate ingenii, partim tardio peregrinationis impulsu, dedere se adversarius iam post reditum legatorum superioribus, & Ecclesiam, Catholicis inde detrusis, obtinentibus; factaque semel inclinatione animorum, cateratim in partem alteram esse concessum, donec Catholicorum numerus ad vicenos est imminutus. Inter quos constantissimus fuit Fagadius, & Servatio Tungrorum Episcopus. Hos Tauros postquam mi-nis deterrere non potuit, precibus oblectatum est, ut mitio-ria confulerent, clausos intra urbem unam Episcopos jam se-puim mensum agere, iniuncta huius & inedia confectis nullam spem reversionis offerri, nisi ipsi plurimum exemplum ut sequerentur, in animum induxissent. Cui Fagadius re-spondit, se exilium atque omne supplicium subire paratum esse potius, quam ut conceptam ab Ariani fidem reciperet. Ita in hoc certamine aliquot dies consumpti. Tum Valens & Ursicius affirmantes, praesentem fidem Catholica ratione conceptam, ab Orientalibus auctore Imperatore prolata, non sine piculo posse repudiari, rogarunt: Equis discordia-rum finis foret, si quae Orientalibus placuisset, Occidenta-les displiceret, se, si quid praesentis fidei, quae minus plena videretur, ipsi addidissent, consensum praebiturus. Quam conditionem Catholicis propensis omnium animis acceperunt; jam controversiae finem quoquomodo imponere cu-pientes. Itaque conceptae à Fagadio & Servatione profes-siones sunt editae, in quibus primum damnabatur Arius, to-taque ejus perfidia, deinde non Patri aequalis, sed sine initio, & sine tempore Dei filius pronunciabatur. Quibus auditis Valens, quasi pro Catholicis adversus Arianos contendens, subiecit, filium Dei non esse creaturam, sicut ceteras creatu-ras; fessitelicis audientes fraude professionis, nam cum simi-lem esse ceteris creaturas Filium negaret, creaturam tamen, sed potiorem ceteris, assererat. Ita neutra pars vicisse se pe-nitit, aut victam putans, de concilio abiit. Haec ferè Severus. Divus autem Hieronymus disputans contra Luciferianos, pluribus verbis falax Valentis commentum exposuit, quo il-le Filium non esse creaturam, ut alias, insitit, quem utile erit legisse, ut fraus Ariatorum in hoc consilio adhibita clarius elucescat. Eodem tempore alterum concilium Seleuciae ab orientalibus Episcopis actum est, centum sexaginta. Ibi quo-que dissensio concilium in duas partes distinxit: unam, cui praerat Acacius Cæsareae Palessinae Episcopus: alteram, cui Georgius Laodiceae, & Sophronius Pompejopolis Episcopi. Acaciani fidem Nicæanum plane abrogandam, ac novam aliam scribendam censuerunt; adversari verò Nicæanum mordi-cus tenuerunt, Confessionem soli rejecto. Ita nihil est Da-daum, cum Leonas, qui concilio praerat, Episcopus dimi-sit. Factum est autem, ut eodem propè tempore legati Arimi-nensis, atque Seleuciensis Concilii Constantinopolim ve-nissent, anno 360. In novum concilium ab Episcopis habi-tum. In quo auctore Acacio Seleuciensis formula improba-ta, Ariminensis verò accepta est, eo adjecto, ut nulla substan-tia mentis fieret; atque huic quoque Ulphilas Gothorum Episcopus est assensus, nam ante sequutus Theophilum fue-rat, qui Gothorum Episcopus Nicæno Concilio interfuerat. Ab hoc tempore Gothi Arianae labe corrupti sunt, qui verò subscribere abnuerunt, eos iussu Constantii in exilium projec-erunt. Reversis domos suas Episcopos, qui Ariminensi Concilio interfuerant, Valens & Ursicius, ut inquit adver-sus Luciferianos Divus Hieronymus; ceterique eorum socii victoriam jactare suam caepe, dicientes, se Filium non crea-turam negasse, sed similem ceteris creaturis; tum substantiam nomen abolere, tum Nicæanæ fidei damnationem concla-mavere. Ingenuit totus orbis, & Arianium esse miratus est. Igitur alii intra suam communionem remanere, alii ad eos

L. B. Theat. vitæ Human. Tom. IV.

confessores, qui sub nomine Athanasii exulabant, ceperunt li-E teras mittere: nonnulli inritam societatem meliorum des-erterunt luxerunt: pauci verò (ut se natura hominum def-erorem pro consilio defendere. Auxentius Mediolanum rever-sus, & civitatem illam, & vicinas eò ubique interducit, deprava-vit. Atque hæc prima Italiam labe Ariatorum infecta. Si-gon. lib. 6. Imp. Occid.

AD LIBIDINEM PELLICIENDO.

VITIZA Gothorum rex in Hispania, praeter multa alia infan-dafacina, sacerdotibus non conjuges modò ducere, sed & multas quoque habere permiserat. Quamobrem cum vere-retur, ne rex Rodericus (cujus patri Theodeberto Vitiza oculos effoderat) paternam injuriam ulcisceretur, juvantibus Romanis ab eo defecit. Itaque praelio victus captus, lu-mina & regnum simul amittit, & in tetro carcere deceffit. Fulg. lib. 1. cap. 2.

CONSTUPRANDO.

¶ Confulè Tit. Incestus religiosi, eorum praesertim, qui per vim sacris mulieribus vitium offerunt, Tit. de Luxuria.

CEOLREDUS rex Merciorum, & Ofredus rex Berniciorum, monasteria effugerunt, & Nonnas suptrant; ideoque prior in furorem verius, alter regnum & vitam miserè perdidit. Bo-nifacius in epistola ad Eshibaldum.

PREHENDENDO, MALEDICENDO.

AARON & MARIA foror contra Moysen vehementius irati, quòd uxorem Aethiopsiam duxisset, à Domino acerbis verbis reprehensi, & ipsa Maria leprosa fuit reddita, nivi similis, & castris per septem dies excluda, restituta interim sanitati Moysis intercessionem. Num. 12.

Infanticidia solita objici Christianis, ostendit Tertullian. in Apol. qui id crimen falsissimum, atque impudentissimum pur-gat.

NODDO quidam, homo Epicureus & contemptor Arnulphi Metensium Episcopi, cum in symposio ei maledixisset, domum reversus, flamma cum locis cepit ardere inextinguibili. Sed precibus Episcopi curatus, cum nec postea vitam emendasset, G-unà cum filio in scelere quodam comprehensus, poenas capitis luit. Vincent. lib. 22. c. 76.

TREMELIUS tribunus plebis, cum M. Aemilium Lepidum, Pontificem Maximum, convitiis aspersisset, multisque probris affecisset, ut contemptor religionis à populo damnatus est. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 1.

ACCUSANDO.

Meretrix quaedam ab Ariani mercede conducta, sub Con-stantio, ut Eustatium Antiochenum Episcopum orthodoxum adulterii falso accusaret, gravissimo paulò post morbo corre-pta, Ariatorum insidias detexit. Theod. lib. 1. c. 21.

NARCISSUS Hierosolymorum Antistes, trium Testium dictis falso oppressus, iudicium sententiam quam celerrimè ob-tinuerat, in deserta ita concessit, ut non facile ab ullo inveniri posset. Quo tempore diu delitescens, aliquot successores habuit. Ceterum, convictis mox testibus gravibus sup-plicis, ut primus ex his cum univèrsa domo conflagravit, alter regio morbo correptus obierit, tertius luminibus fide captus H (quibus poenis sese singuli antea obstrinxerant, si fallum res-timonium coram iudicibus dixissent) Narcissus tandem in-ventus, pristinae dignitati restituitur; quam ita postea rexit, ut ejus memoria apud posteros diu durissimè floruerit, insigni etiam miraculo honestatus, qui aquam sanctissimo Pascha-tis die, quando oleum defecisset, infundì luminibus iusserit: quae quamprimum in oleum versa, sic est accensa, ut omni-bus spectaculo esset. Eulebius in suis Chednicis testatur, reli-quias nonnullas ad suam usque aetatem permanere. Egnatius lib. 8. c. 1.

SIXTUS III. Romanus Pontifex à Basilio presbytero est accu-satus. Cujus calumniam cum in Concilio Episcoporum dic-ussisset, Basilio à Valentino in exilium pulsus est. Polat. 1. 22. Anthrap.

DAMASUS Papa adulterii accusatus, publico Concilio cau-sam dixit, ubi & innocens absolvitur, & Concordatus, atque Callistus diaconi, falsi accusatores damnati, ac rejecti ab Eccl-e-sia sunt, cautumque lege est, ut deinceps poenam talionis sub-eant, qui aliquem falso accusaverint. Platina. Cc 4 Anno

A Anno 504. Licuanus Cæsarii Episcopi Arelatensis Notarius, Cæsarium ad Alaricum Gothorum regem, urbis dominum, decellit, id moliri, ut urbem Burgundionibus proderet. Cæsarius indicat causa a rege damnatus. Burgundiani est relegatus. Cùm autem interim cives admoneret, ut potestate regi obediunt, perfidiam verò caverent, quòd erat Arianus, infisteret; Alaricus sancti sacerdotis innocentia cognita, eum domum revocavit. Reditus ejus ab universa effuso concelebratus, illud præterea boni civibus attulit, quòd terram diutina siccitate arentem excavatis sub ingressum ejus celo imber largissimus irrigavit. *Signo. lib. 16. Imp. Occid.*

Non multo post Arelaten. Urbem Franci, cæso Alarico Vestgothorum rege, obsidebant. In ea obsidione propinquus Cæsarii Episcopi, urbi & sibi timens, noctis silentio refectio de muris demisit, atque ad hostes transfugit. Qua re cognita, Populus Arianus & Judæi consilio id Cæsarii Episcopo Catholicis factum insinularunt, quòd urbem hostibus proderet. Itaque illi, atque exceptum in custodiam tradiderunt, inque ejus cornualem Episcopium, immissa Arianorum turba, secederunt. Sequenti nocte Judæus quidam epistolam saxo alligatam in castra hostium jecit, monens, ut urbem ab ea parte invaderent, in qua ipsi excubias agerent, nam sine contraversa potioris proinde Judæorum populo parcerent. Manè verò, distrectis forte à muro hostibus, civis quidam egressus epistolam deprehendit, eamque in urbem delatam in concione recitavit. Ita Judæo ejus scriptore correpto, Cæsarius, probata innocentia sua, & custodia mittitur. Reversus inde in urbem Gothi, Francos, quos ceperant, in Episcopium conjececerunt, quibus inopia laborantibus Cæsarius victum subministravit, ornamenti etiam Ecclesie in id pietatis genus exhaustis, ne illi Judæus aut Arianus se addicere cogentur. Ad extremum Franci ab Arelatis obsidione cederentibus, urbs longam perpessa famem, in Theoderici Ostrogothi potestatem concessit, & pro Vestgothis Ostrogothos accepit. *Signo. lib. 16. regn. Ital.*

D A M N A N D O.

Cùm sub Constantio Athanasius à synodo Antiochena damnatus esset, ingenitæremus Orientem, ac præsertim Antiochenos quassavit. *Sozom. lib. 3. c. 6.*

P E R I C U L I S O B I C I E N D O.

C **H**ORMISDA Pontifex, ut Anastasium Imp. Eurychianum ad Catholicos traheret, legatos ad eum misit Enoadium Episcopum Ticinensem, & Pereginum Messanensem, litterisque Catholicam fidem afferentes, & libellum pœnitentiæ addidit. Anastasius verò non solum salutibus legatorum verbis monitionisque non paruit, verùm etiam eos corrumpere conatus, ubi frustra se laborare animadvertit, extemplo urbe, ne mandatis obediret, eiecit, atque in fragilem impositos navim dimisit, adjunctis custodibus, ne oppidum Græciæ ullum attingerent. Legati tamen tanta solertia fuerunt, ut ope monachorum epistolam in omnibus civitatibus divulgarent, quas Episcopi civitatum metu Imperatoris misere Constantinopolim. Quibus rebas Anastasius inflammatus, eò indignatione provectus est, ut, literis ad Pontificem datis, ausus sit dicere: Se velle imperare, non imperari. Sed meritis brevi post pœnas persolvit, fulmine cictus. *Signo. lib. 16. Imp. Occid.*

Anno 683. Joannes Episcopus Bergomenis, ab Arianis quos persequebatur, occisus est, vir eruditionis atque innocentie singularis. Hunc Cunipertus Longobardorum rex juvenis, libertate ejus offensus, perdere aliquando in animo habuit, atque ei ad hospitium suum revertenti, effrenem atque indomitum equum, qui eum frenitum excutere infelices solebat, de industria præbuit. Qui à Joanne inlesus, ita lenitus est, ut placido mitique passu domum usque devexerit. Quare Cunipertus commotus, postea Joanne magno in honore habuit, atque ei mitem alterum proprio comodo destinatum donavit. *Signo. lib. 2. regn. Ital.*

Methodius Moravorum Archiepiscopus, suum Regem excommunicatione ferit, universoque regno sacris interdictis, eò quòd in ipsum sacra peragentem in templo, præter alia convitia, venaticos immisisset canes. *Aem. Sylv. c. 13. hist. Boem.*

O C C I D E N D O.

Consule Tit. Persecutorum, item sub Tit. Aliena pietatis infestatio, Persequens, aliquot exempla reperies. Item Tempora cade violata. Nam qui in templa conjungunt, loci religiofi videntur evadere.

ONIAS vir justus & Deo charus, qui aliquando siccitatis

tempore impetraverat piis precibus pluviam, mortua Alexan- dra Judæorum regina, in latebras se abdidit, civile bellum præsentiens. Hunc in castra adductum Judæi, qui cum Hircano Pontifice & Areta Arabum rege Aristobulum Hircani fratrem in templo obsidebant, rogabant, ut quemadmodum olim sterilitati attulerat remedium, ita tunc devoveret diris Aristobulum, & quotquot ejus factionem sequebantur sacerdotis. Id cum diu recusans cogeretur à turba, stans in medio eorum sic precatus est. Deus universi hujus mundi rex, quomiam & hi qui mecum stant, tuis sunt populus, & qui oppugnantur, tui sacerdotes sunt, precor, ut neque hos contra illos, neque illos contra hos, orantes exaudias. Post hæc vota eum quidam Judæi obruerunt lapidibus. Quam crudelitatem Deus ultus est continuo, cædique Onias pœnas exegit totius agri inundatione & fame maxima. *Josephus lib. 14. cap. 3. Antiquit.*

LEO III. Iconomachus anno 726. bellum sanctis imaginibus earumque cultoribus intulit. Mora eam ob causam seditione, civium alios bonis solavit, alios in exilium egi, in alios verberibus, in alios ultimo supplicio animadvertit, ut ne sacre quidem Scholæ pepercit, in qua vere instructo magister unus doctrine magnitudine clarus, cum discipulis duodecim, ingenio studioque præstantibus, verabatur. Qui postquam omne dicendi arivarium attigisset, magna cura Ecclesiasticarum rerum divinarum scientiam pertractabat; neque sine eorum consilio publice agi quiddam, ne Imperator quidem, pernitebatur. Hos Leo, cum ad se vocatos sæpe in suam adducere sententiam, sed frustra, tentasset, in auditorio infulos ipsos cum libris, qui magni pretii erant, & facra omni comburi suppellecile jusit. *Signo. lib. 3. regni Italici.*

STANISLAVUS Archiepiscopus Cracoviensis Boleslam regem Polonorum ob crudelitatem anathemate perstrinxerat. Eum proinde rex in Ecclesia sancti Michaelis de Rupella, divina celebrantem, ab ara jusit abstrahi. Satellites atrocissimi irruentes, divina virtute repulsi retrocedunt, tertio prostrati mansuecunt. Tyrannus ad fores Ecclesie fremens, ipsemet manus injicit violentas, mox irruunt sequuti dominum milites, frustratimque casum discernunt, & obijciunt canibus. Ex quatuor partibus, quatuor sunt viæ ad volare aquila, que locum circumvolitantes, à contactu sacri corporis abigebant canes atque volucres. Qua novitate miracula plurimi accessi, cum ad sparsas membrorum particulas colligendas properant, corpus ante discissum reperunt integrum, multisque conditum aromatis reponunt in Basilicam, anno 1087. Boleslam in Ungariam pulsis, post biennium inaudito languore correptus, miserabiliter interit. Hoc autem silens ejus exillii comes, in primo pubertatis flore perit veneno, atque ita domus sanguinarum principis corrui. *Crantzius lib. 3. Vandal. cap. 14.*

Cythomensis in Polonia evanuerit metalla plumbi cum argento intermixto feracia, ob interfecitos duos sacerdotes ab oppidanis publico consilio, Petrum parochum oppidi, & Nicolaum concionatorem. *Crom. lib. 12.*

S P O L I A N D O.

NICEPHORUS Imperator duces exercituum jusit Episcopis & clericis mancipiorum loco uti, in ædibus Episcopalibus & monasteriis divertere, eorumque rebus pro arbitrio abuti. *Cedren.*

Anno secundo & tertio Tibertii Constantini, civilia bella inter reges Francorum, Siebertum, Chilpericum & Guntram fratres, orta sunt, quæ Greg. Turon. lib. 4. hist. cap. 48. pœnas fuisse ipsorum impietatis memorat, eò quòd filii tam turpiter à paterna pietate degenerarint. Nam quæcumque majores ipsorum religionis ergò ad Dei gloriam, & Ecclesie ac ministrorum conservationem constituerant, donaverant, legaverant, ea filii defunctis parentibus nefarie destruxerunt, diripuerunt, ac subverterunt. Ruccolenus Chilperici legatus, qui summa pœnicia Turonensem Ecclesiam contra omnium piotum deprecationes turbaverat & vastaverat, regio morbo correptus est, & anno sequenti cum Pictaviam iret, ut in rem vitamque civium ejus loci judicio constituto inquireret, perit. *Greg. Turon. lib. 5. hist. cap. 4.*

HERULUS Chilperici regis cubicularius, spolavit Ecclesias, pullavit eorum ministros, oppressit pauperes, occidit fontes, jusit depasci pecore suo litorum agros ac vineas, & infinita alia mala exercere. Mortuo Chilperico vicissim omnibus possessionibus exutus, ac jussu Gunthramni regis P-

A rissis in basilica Martini à sicario occisus est. *Gregorius Turonensis lib. 7. c. 21. & 29.*

ANDREAS Pontifex Pragensis Premisiam II. Boemie regem ægotium invensum, pro officio suo ad capiendam factorem indigentiam illum adhortabatur. At ille tacere cum jussit, si alta remedia dicere nesciret presentis languori apta, habuitque posthac eum in odio: ex quo multa in sacerdotis mala promanarunt, Rege injurias illorum diffimulante, quas à nobilitate, aut vulgo per convitia, per spolia, & aliquoties per verbera accipiebant. Reperaque in eodem tunc fuit iniquissima exactio singulari improbata: Nam ubi ab Hebræo uno vetitigalis nomine exigebatur numus, ibi à sacerdote decem, mox viginti numi extorquebantur, frustra Andrea pontifice adversus impotentiam queritante. Atque ea causa el fuit, cur ex Boemia in Austriam secederet, ut videlicet ex loco suo Regem unâ cum nobilitate percutere anathemate posset; quo factio, Romani migravit. Tanto inde atrocius quam prius lupi in gregem Dominicum, pastore absente, devastabant, jam cum pabulis causas quoque illi & stabula advenientes, ac præcipue in cœnobiatarum possessiones invadentes, illaque diripiunt. Cujus rei indignitate ante alios Abbas Strabovenfensis comitum, Regem blanda oratione docuit, non cœnobia, sed regni bona diripi, cum cœnobia regum veluti hortæ sint. Itaque finis impositus rapinis. Mox cum terra motus accidisset, qui rarissime apud Boemos apparere solet, Premisiam is aprime salutaris apparuit, ut qui antimum ejus ex negligentia religionis torpentem, jacenemque, ita motu suo vegetavit, erexitque, ut multò quam prius motu majore templa, cultumque Dei celebraverit: ac mox fundamenta cœnobia elegantia, sub titulo divi Jacobi, haud procul à domo regia posuit. *Dubravins lib. 15.*

CONRADUS Znoyme marchio, regnum Boemie affectans Pragam obsidebat. Uladislaus II. Conradi Cæsaris auxilium impetrat. Conradus desperatione urbis obtinenda, telis ignitis in tecta templorum D. Viri & D. Georgij injectis, vastitatem dedit maximam, ita ut facer mulieres, sui quoque, ne dum rerum altarum, oblitæ, projectis flammis & velis, ne agnoscerentur, ex arce profugerint ad montem Petrinum arci proximum, & deinde ad ripam Vultaviæ in casulam quandam, in qua tantisper delituerunt, domi Cæsar, expulso Conrado, Pragam ingressus, cuncta in Boemia pacata redderet. Jam cum Henricus Olomuensis Episcopus, qui regis partibus constanter adhaerebat, Romam iret: quidam à Conrado submissi eum orant, ne se in tam longinquam peregrinationem daret, primumque Uladislaum & Conradum reconciliaret. Henricus assentens, in Boemiam ad Uladislaum abire. Conradus haud procul à Lythomistio eum assequitur, ab eodemque ad cœnam vocatur, nescio lunum venisse, qui agnum vellere aureo spoliaret, quod pro vitæo accepterat. Manè iter ingressum Conradus adoriut. Dum comites se defendunt, Henricus se intra sylvam abscondit solus per totum illam diem ac noctem insequenter. Postero die à colono lignatum profecto reperiit plautroque rustico impositus, Lythomistium est devectus, paucis ex suis incolumibus inventis, cæterum pecuniis rebusque suis omnibus amissis. Diris inde devotus Conradus à legato Pontificio, & Znoyma ejectionis, vagus & exul tandem ad Conradum Cæsarum fugiens, militiae sacre nomen dedit, peccatorum expiandorum causa. *Dubravins lib. 12.*

D E F R A U D A N D O.

Cùm in primitiva Ecclesia pii homines omnia sua bona venderent, & pretium ad Apostolorum pedes afferentes, in medium deponeret: Ananias & Sapphira ejus uxore, possessionem venderunt, & detracta pretii parte, partem aliquam attulerunt ad Apostolos, sortem totam esse simulantes. At Petrus fraude divinitus cognita, acris verbis Ananiam increpavit. Quibus ille auditis, exanimatus corruit. Interjecto deinde trium horarum spatio, cum uxor ejus, reitignata, ingressa esset, & tanti, non pluris, prædium adductum aasseruisset, verbis à Petro castigata, ad pedes ejus mortua concidit. *Actorum c. 5.*

T R I B U T A I M P O N E N D O.

BIRGERUS primus è Sveonum regibus, qui Turgili Canuti sui tutoris & regni gubernatoris suggestione Ecclesiam regno Gothiae & Sueviae tributis, atque oneribus gravavit: Archiepiscopusque Upsalensem Nicolaum, & reliquos Episcopos pro Ecclesiastica libertate respondentes, proscriptis: sic

utrumque regnum in gravissimis calamitatibus tradidit, & tandem E post infamem vitam infami morte perit. Turgilius verò, regis Birgeri ac fratrum ejus præcepto, in villa Vestrogothorum Lena & compedibus ferreis confrectus, & in regia Stocholmensi decollatus, Ecclesiastica caruit sepultura, donec ad petitionem regis Nicolaus Archiepiscopus Upsalensis permitteret ipsum in Monasterio Minorum sepeliri, accepta pro ejus reconciliatione ingenti copia auri & argenti, quod Ecclesie persecutor existens, ipsam gravissimis damnis implicasset, anno Christi 1306. *Joannes Magnus lib. 20. c. 15. & 16.*

I R R I D E N D O.

MICHOL. Saul regis F. Davidis uxor, cum vidisset Davidem coram arca Domini, quam Hierosolymis inferebat, saltantem cum cirihara, ita ut corpus quoque magna ex parte nudaret, reprehendit eum ob id factum, quasi regiam majestatem parium observasset. Et quia majorem regie dignitatis, quam religionis & pietatis rationem habendam, hac reprehensione ostenderat, sterilitatis pœna divinitus fuit affecta, ita ut nullus ex Davide liberis susceperit, cum tamen ex priore marito F quinque filios habuisset. *2. Regum 6.*

Ita elicit decem tribuum ab Ezechia rege Judæorum præcurretes & præcones admoniti, ut ad Deum redirent, & Hierosolymis festum Paschatis celebrarent, cum irriserunt. Proinde anno quarto Ezechia à Salmanassar Assyriorum rege in Mediam, in perpetuum servitutum, abducti sunt. *2. Paral. 30. & 4. Reg. 17. & 18.*

Ethnici olim Christi cultores Semissios nuncupavere, & Sarmatarios, & de lethi genere, quòd ad affis dimidiis fupites delinati, superjectis accumulatisque sarme mittis falcibus concremari consueverunt. Semisses autem dici homunciones, palam est vel imperitioribus. *Cælius lib. 30. c. 21. Am. Lett.*

BARBARA, Sigismundi Imperatoris conjux, stultas vocabat virgines, pro Christi nomine passas, quòd voluptatis gaudia non gustarent. Dicebat, animas cum corporibus interire, nec futuram allam vitam post hanc quam vivimus. *Cuspian.*

N O N H O N O R A N D O.

VALENTINIUS I. Imp. Justinæ uxoris mulieris Arianae in flectu Martini Turonensem Episcopum ad se aduentum sepius Palatii foribus jusit arceri. Qua ex re Martinus cilicio involutus, ac cinere conspersus, jejunia, precationeque inivit, ac septimo die jussus ab Angelo, Palatium repetit, ac patentibus foribus, usque ad Valentianum, nemine prohibente pervenit: cui Valentianus, prodeuntem eminus conspicitatus, infrendens, cur fuisset admittis, nequaquam aliter exte: ecce autem repente sellam ignis invasi, ipsumque ea parte corporis, qua sedebat, afflavit: tum verò selio excussus honorem habuit, ac benignè complexus, prius omnia prælitit, quam rogaretur: colloquio & convivio adhibuit, ac postremò abeuntem multis manibus prosequutus est, quæ ille magno animo cuncta rejectit. *Sig. lib. 7. Imp. occid.*

S E D I T I O N E M E X C I T A N D O.

CORÉ filius Aminadab è tribu Levitica, cum aliis quibusdam seditionem contra Moysem Dei servum movit, & terra ablorptus est. *Historia habetur Numer. 16.*

P R O D E N D O A L I I S.

Cùm D. Athanasius primo anno Constantii, exul in subter-H raneis specu lateret, Ancilla quædam spe mercedis illecha, cum Arianis prodidit. Athanasius divinitus insidias evasit. Ancilla verò quasi contra dominos suos mentita esset, qui & ipsi auferant, pœnas dedit. *Sozomenus lib. 4. c. 10.*

M A N U S I N J I C I E N D O, C A P I E N D O.

HIEROBOAM regi Israelitarum extendenti manum, ut prophetam capi juberet, manus exaruit. *1. Reg. 13.*

JUSTINA Augusta Mediolani cum Valentiano II. puero constituta, Arianorum studio, Ambrosium Mediolanensem Episcopum evertere instituit: itaque muneribus atque honoribus oblatis homines in eum incitavit, tribunatufque promissit, qui ipsum raptum de Ecclesia ad exilium extraxissent. Quod cum aliquot irrito conatu tentassent, Euthymius quidam ausus est domum sibi juxta Ecclesiam comparare, atque ibi currum consistere, ut correptum repente cisio imponeret, atque aliò affortaret. Post annum autem eodem die, quo se Ambrosium rapturum, atque in exilium deducitur putarat, in idem cistum illatus ipse, ad exilium est deportatus: cultamen

A men ab Ambrosio viaticum, atque alia necessaria ministrata sunt. Ceterum Ambrosius ad Palatium vocatus accessit. Quod ubi sensit populus, insidias parari veritus, ad Palatium repente confluit, ac tumultum ingentem excitavit. Comitum autem militari ad fugandam multitudinem cum expeditis egressus alacri animo restitit, neque ante seditionem est modus impositus, quam populum incitatum rogatus Ambrosius longo sermone demulset: demum, sacerdotali dignitate ac constantia egregie conservata, domum discessit. *Sigonius lib. 8. Imp. occid.*

AMBROSIUS Episcopus Mediolanensis Sirmium venerat, anno Sal. CCCLXXIX. ad Anemium Episcopum Catholicum consecrandum. Ibi Juliana Valentiani II. Imp. mater Ariana odium suum adversus Ambrosium acrem Arianorum hostem effudit: si quidem, convocata populi multitudine, ipsum Ecclesia deurbare contendit. Cujus auctoritate sulca virgo Ariana, facinus inaudite audacia perpavit. Nam Ambrosium in tribunal progressum, prehensa veste, ad partem traducere mulierum studuit, ut ab illis ceteris de Ecclesia pelleretur; cui ille dixit: Etsi ego indignus tanto sacerdotio, tibi tamen non convenit, manum sacerdoti injicere: quare debes Dei iudicium extimescere, ne quod tibi adversi contigat. Quod dictum missis evenit proxime est consequtus: nam postmodum virgo vitam amisit. *Idem.*

CONATUS IMPEDIENDO.

Sanaballat Honorius, Tobias Ammonita, & Gosem Arabs Judæis, qui ducem Nehemia Hierosolymæ muros instaurabant, infesti, etiam armis eorum conatus impedire conabantur. 2. *Esdræ 2. & 4.*

NON CREDENDO.

ACHAB rex Israelitarum volebat audire Michæam prophetam Domini, quia non prophatabat bonum, sed malum. 3. *Regum 22.*

Oblecta à Syris Samaria, fame maxima urgente, præbuit Elifæus, postero die similia factam siculo, bina hordei fata siculo itidem venum ita. At Triumvir, cujus manus rex Joram inniti solebat, id vix futurum, etsi Dominus cælis fruges plueret, temere asseruit. Elifæus subjecit: Tute videbis, sed inde non comedes. Panico igitur terrore confirmatus Syris, & per noctem delapsis, manè Israelitæ castra diruperunt, tantamque commætu copiam invenerunt, ut ad portam Samariæ similia & hordeum, ita ut Elifæus prædixerat, venderentur. Triumvir portæ præerat, ubi à turba oppressus interit. 4. *Reg. 7.*

Antiochiam Pisdia Paulus & Barnabas suis concionibus egregie instruxerant. At Judæi sub pietatis zelo religiosissimos quoque sive sectæ professores tantum promoverunt, ut Apostolos à suis sinibus ejicerent. *Act. 13.* Similiter & Iconienfes Judæi lapidibus eos obruissent, nisi maturè discessissent. *Act. 14.* Profecti inde in Lycœoniam, Lystrenes primum quidem illis sacrificare: ac cum facta respuerent, lapidibus obrere. *Ibidem.*

In nulla urbe pauciores convertit Paulus Apostolus, quam Athenis, quod illic homines novitatis potiùs, quam veritatis studiosi essent; & humana Philofophæ sectis variis corrupti, etiam religionem æquè incertam & inconstantem arbitrarerunt. *Act. 17.*

Recitat *Sozomenus lib. 2. cap. 14.* Millem quendam Episcopum qui in persecutione sub Sapore in Persia Martyrium passus est, venisse aliquando in Civitatem Persicam, ac diligenter singulos ibi exhortatum esse, ut Christo nomen darent: sed verbera multa passum, ac tractum per civitatem: nemini autem persuadere potuisse, ut Christianism fieret. Molestè igitur id eum tulisse, civitateque maledixisse & abisse. Paulo igitur post cum in regem Persarum magistratus civitatis ejus quiddam deliquisset, missum èo fuisse exercitum, qui civitatem eam funditus everteret.

Cùm Duo in una domo Valaticum Columbani Abbatis discipulum de penitentia concionantem irrisissent, Dei justo iudicio alter oculis captus, alter genitalibus putrescentibus mortuus est. *Vincenius lib. 2. c. 23.*

Galli, conciones Hospitii monachi de Penitentia contentenentes, à Longobardis sexto anno Tiberi graviter afflicti sunt. *Paulus Diac. lib. 3. de Longobard. c. 1.*

BARTHABACES Cybelis sacerdos, quo tempore C. Marius adversus Cimbro bellum gerebat, Senatui prædixit, à dea fore donatum, fore ut Marius hostes superaret. Et cum id populo

declaratorus esset, A. autem Pompejus Trib. pleb. id prohibere, & subita ardentique febre tribunos correptus est: nec multo post victoriæ allati fuere nuncii. *Plut. in Mario.*

NON OBEDIENDO.

Deus Pharaonem cum tota Ægypto, èo quod Moyfi & Aaroni, qui pro populo intercedebant, & missionem effugitabant, parere nollent, decem gravissimis plagis afflixit: nimirum flumina in sanguinem convertit, ranas, pediculos, insecta, luem venissimum, grandinem, locustas, tenebras triduanas immisit, tandem primogenitos eorum omnes occidit. Qua ultima plaga territ Ægypti, Israelitas, ut à se discederent, rogantur, & auro, argento, preciosisque suppellectile ornatis libenter dimiserunt. Fidelibus mare, ut illi evaderent, siccum præbuit iter: fideque virtutem etiam insensibilia senserunt: Pharaonis duritia non admisit. In aquis maris Pharaon, in aquis baptisimii diaboli interit: credentes verò salvati sunt. *Ex libro Exodi, Marulus lib. 2. cap. 6. & Sabellicus lib. 5. cap. 4.*

Cùm Palestini maximum exercitum apud Machmas congregassent contra Israelitas, Saul rex, cum duobus millibus tantum (reliquis Israelitis meum fugientibus) apud Gulgala Samuelem prophetam expectare iustus: cum septimo die non venisset, & exercitus in dies dilaberetur, per se solitum sacrificium fecit. Quo factò, Samuel statim assuit, & Saul propter inobedientiam reprehendit, & propter hoc peccatum regnum ejus non fore firmum prædixit. 1. *Reg. 13.*

Idem rex contra Amalechitas exercitum ducere, eosque ad intermedum excindere à Samuele propheta iustus, èo quod Israelitis ex Ægypto profectis infesti fuissent: expeditione suscepta vicit Amalechitas, omnes alios interfecit, excepto uno rege Agag, pecorum item atque pecudum optimis quibusque, quæ milites ad sacrificium Dei ad Gulgala faciendum conlegerant. Eo factò offensus Dominus, per Samuelem Saul nunciari fecit, quoniam majorem sacrificii quam obedientiæ rationem habuisset, futurum ut regno privaretur. Samuel ipse regem Agag Galgalis apud Deum sua manu disiecit, inquit: Quemadmodum orbavit entis tua mulieres, sic orbabitur præ cæteris mulieribus mater tua. 1. *Reg. 15.*

MICHÆAS propheta, exprobratus iustis Domini Achab Israelitarum regi, quod Benadad Syriæ regi capto peccasset: iustis cuidam propheta, ut ei velinus infligere, neglexit, à Leone laceratus, inobedientiæ pœnas dedit; alter verò obediendo percussus, servatus est. 3. *Reg. 20. & Iosephus lib. 8. Antiqu. cap. 13.*

IOSIAS rex Judæorum iustissimus, cum contra Pharaonem Ægypti regem (qui contra Babylonios expeditionem moliebatur) ad Magdonem, Hieremiæ prophetæ disfidantis monita contempnens, pugnasset, vulnere icetus perit. 3. *Esdræ 2. & 3. Regum 7.*

ACHAB rex Israelitarum Benadad Syriæ regem bello victura, quem ex Michææ prophetæ iustis perdere debuerat, incolorem dimittens, Dominum graviter offendit: Michæa ipsi denunciante: Quod vitam ipsius vita, & populum populo sit pensurus. 3. *Reg. 20. & Iosephus lib. 4. Antiq. c. 13.*

AMASIAS rex Judæorum, prophetæ monitu, exiguis copiis Syros superavit. Mox hæc elatus victoria, cum eisdem propheta: monita contempnisset, à rege Israel Joa victus captique cognovit, quantum sibi prius proferret obediisse, cum tantum postea non obedisse nocuerit. *Maryl. lib. 4. c. 3.*

SEDECIAS Judæorum rex, Hieremiæ prophetas non spernabat, eoque monente Nabuchodonosoro se dedisset: metu tamen suorum procerum, ei parere non audebat. Itaque cum majorem hominum quam Dei rationem haberet, Babylonem adductus est, & execratus. *Hieremia 38. & seq.*

Cùm Judæorum reliquæ, occiso per Simacelem Godolia, quem Nabuchodonosoro ipsi præfecerat, metu Chaldeoium in Ægyptum fugere cogitarent, distitit hoc illis Hieremiæ propheta. At illi non paruerunt, sed ipsummet vatem secum abduxerunt. At non multo post Nabuchodonosoro Pharaonem superavit, Ægyptum vastavit, & Judæos omnes Babylonem abduxit. *Hieremia 43.*

NABUCHODONOSOR, cum precibus Danielis non flecteretur, qui tam obnixè, ut peccata eleemosynis redimeret, oraverat, in bestiam mutatus est. *Dan. 4.*

Eutychanæ hereticos, quam Chalcedonenfis synodus dem-

Anaverat, asserit Anastasius Imp. ut ab ea discederet, summi pontificis Hormisdæ denunciatis monitis; sed obtemperare negligens atque contumens, fulmine icetus penas dedit. *Maryl. lib. 2. c. 11. & Sabel. lib. 5. cap. 4.*

CAPTA à Genérico Vandalo Roma, Leo Pp. ad patrie Ecclesiæ salutem, quantum apud Barbarum hostem sive gratia sive auctoritate valeret, in extremo experiri periculo voluit. Inaque facta procerum cetera stipans, Genérico ad urbem adventanti se obviam iussit, atque ipsum in limine portæ adeptus, per omnia Christianæ religionis sacra, quibus ille magna ex parte esset adductus, oravit, ut ei civitatem vellet parere, cui nuper inimicissimus ac sevissimus omnium Attila peperisset, eum ab eradicanda ardente animi sui impetum temperasset. Non flexere sanctissimi Antistitis preces regem Christianum, quæ paganum insupergerat: nam urbem ingressus, non tam profanas domos, quam sacra templa, contra quæ Eudoxia Augustiæ vocanti promiserat, libidini avaritiæque militari permisit. *Sigonius lib. 14. Imp. occid.*

Rex Rugorum trans Danubium Feleus, sive Filichus, sive Febanus, Flacitæ patris instituta sequutus, sanctum Severinum in Norico sedentem sæpe de regni sui incolitate consuluit. Uxor verò ejus Galsimira hominis reverentia ducta, à Catholicis quidem rebaptizandis abstinuit, verum Romanis, licet illo tritum officio denunciante, vexavit. Inaque cum quodam die in proximo Fabianis vico consisteret, aliquos ad se adduci iussit servitum viliissimæ destinat. Quos cum dimitti Severinus petisset, illa subiecit: Oret sibi inta cellam suam Severinus, nobis verò de sevis nostris pro arbitrio statuere sinat. Cui respondit Severinus: Confido in Domino, illam necessitate facturam, quod prava voluntate neglexit. Neque tanti viri irritum prosus fuit oraculum; siquidem cum aurifex quidam barbari in ergastulo positus Frederico puero ejus filio, ad se puellitæ adenti, nefarias insidias comparassent, re cognita, repente magnitudine doloris adducta, supplex opem Severini poposcit, ac de præsentis plaga percussam, propter contemptam ejus auctoritatem, petita venia, confirmavit. Inaque, dimissis subitò Romanis, & barbaris libertate donatis, Severini beneficio filium recepti incolunt. *Sigonius lib. 15. Imp. occid.* Post paucos annos Filichum pugna victum cum uxore Gila Odoacer rex Italia cepit, victos in Italiam deportavit, ibique exules extinxi sunt.

Asturum oppidum in consinio Norici Ripensis & Pannoniæ à Germanis excidium est. Aperiatur D. Severinus civibus calamitatem in templo, horam quæ indicans: uti respicerent, obsecrabat. Verum furas cantabat. Astures ipsum deridebant, èo magis voluptati operam dantes, ne, ut jam morituri, genium destraudarent. Effugiente inde Severino, Germani irruunt, capiunt, vastant, delent, omnes trucidant. Senex unus, qui nuncius cladis foret, evasit ad Severinum Gomagenas. *Aventinus lib. 2. Annal. Rojorum.*

Idem Severinus, ann. 476. Juvavincibus, qui hodie Salisburghenses, per Moderatum placentem Bataviensem cladem nunciatur, ut omnes sine mora oppido excederent; inevitabile exitum impendere urbi renunciants. Illi parere recusabant. Rursum Quintanum quendam misit, qui aperiret subsecquenti nocte interituros, ni uestigio aufugiant. Juvavienes consiliu viribus, & quod hostes longius abessent, pro vano terculamento ducebant. Eadem nocte, inopinatè adstant Germani, urbem invadunt, diripiunt, capiunt, incendunt, populum captivum abducunt, Maximum in cruce agunt, amplius quinquaginta quoque cum ipso mystas contrucidant, & erupunt que cavernis, quod fugerant, sicut adhuc monstratur, præcipites deturbant. *Aven. lib. 2. Annal. Rojorum.*

Frater quidam agrotans in monasterio Scythi, eum adire civitatem paratæ curationis gratia, & Moses Abbas à proposito illum detereret: simulque prædicaret, si discessisset, fornicatione pollutendum; iniquis ejus abire, & mulierem, que languenti ministrabat, cum convalesceret, vitavit. Quanto illi melius erat, morbo perisse, quam peccato? Morti tunc illi: & multo graviores mortem incurrit, dum obedire negligit. *Maryl. lib. 4. c. 3.*

COLUMBANUS Abbas vite sanctimonia & miraculis clarus Gallo discipulo inobedientiam crimen obijcit dicitur, quod ad Ligonem fluvium piscationem fecisset, quam ad fluvium Brucium facere iustus fuerat. Gallus autem utrum in hoc, an in illo fluvio piscaret, nihil referre arbitrat, dummodo opus, quod iudebatur, peregerit: tum demum advertere animum cepit, secumque cogitare, quod idè fortasse sine piscibus redisset, quæ cuncta quæ iusta fuerant, non plene fuisset ex-

cutus. Inaque iterùm tentata piscatione, multique in illo, quod E sibi assignatum fuerat, flumine captis piscibus, didicit, mandati non rem solum, sed etiam verba singula diligentius esse perpendenda. *Maryl. lib. 5. c. 3.*

ERAT in Britannia, in civitate Baugol, monasterium, in a refectum hominibus, ut in septem partes divinum, qualibet circiter trecentos complecteretur Monachos, qui omnes labore manuum quaritabant victum. Augustino Episcopo petenti, ut simul & Rom. Pontifici subiecti essent, & munus Evangelizandi subirent, detraxerunt ea omnia: quam ob causam ingens eorum numerus interiectus est. *Galfridus Britannicæ historia libro 8.*

STRATIQUAS Boleslai Bohemorum ducis frater, apud Ratiboniam Bavariæ civitatem, in crænobo sancti Haimmerani monasticam vitam sequebatur. Eum Pragam fortè venientem aggressus Adelbertus Episcopus, pontificalem ei cathedram obtulit, quod cum regis esset frater, ex rege natus, facile populum sub religione continere posset: nam sibi non esse facultatem ejusdem regendæ plebis, quæ rapinis & adulteriis afflicta, jus fasque omne contemneret. Straticus mundanas dignitates quasi malas pestes fugiendas esse respondit, monasterium sibi & præsentem vitam suavem præfere, & futuram promittere meliorem. Adelbertus hominis sententiam detestatus: Quod nunc me pie offerente reculas, aliquando magno tuo malo ultrò sed frustra ambies. Nec ita multo post Straticus mutato animo Pragensem ambiens Episcopatum, repullam passus, cum apud Moguntium Archiepiscopum sacris imbuitur, inter duos Episcopos jectus pronus, diabolo spiritu arreptus, tandem vexatus est, donec animum exhalavit. Adeoat Ecclesia commissa. *Æneas Sylvius in bist. Boem.*

REPRESHIONES NON FERENDO.

Quare in Loco de Correctione, Reprehensione.

CONTENNENDO IMPRECATIONES.

HIEL Bethelensis sub Achab rege Israelitarum Hierico instravit, neglectis diris, quas Jofue reflectatori imprecatus fuerat, *Iofus cap. 6.* Proinde in fundamentis jacientis Abiram primogenitum suum, & in collocandis foribus portarum Seug, filiorum suorum natu minimum, amisit. 3. *Reg. 16.*

IMPIETAS ERGA HOMINES IMPIOS.

RELIGIONIS NOMINE FUGIENDOS, AVERSANDOS. Nempe

FOEDUS CUM IMPIIS

FACERE.

ACHAB Israelitarum rex, cum Benadad Syrorum rege, ingenti clade à se victo, fedus facit, cum cum ex Domini iusta necare debuisset. 3. *Reg. 20.*

ACHAZ Judæorum rex, cum Thelgathphalsar Assyriorum rege fedus inicit, eisque opem imploravit (Domino relicto) contra hostes suos. Ob quod factus ab Ilsaia propheta severe reprehensus fuit. 4. *Reg. 16.*

EZECHIAS Judæorum rex, cum à gravissimo morbo liberatus fuisset, Berodac Baladan, Baladanis F. Babylonis rex, gratulandi ergo munera Ezechia misit. Quibus ille delectatus, fedus cum Berodac inicit, & legatis ejus omnes suos thesauros ostendit. Eo federe offensus Dominus, per Ilsaia ministrum illum deterrere: simulque prædicere, si discessisset, fornicatione pollutendum; iniquis ejus abire, & mulierem, que languenti ministrabat, cum convalesceret, vitavit. Quanto illi melius erat, morbo perisse, quam peccato? Morti tunc illi: & multo graviores mortem incurrit, dum obedire negligit. *Ibidem.*

SARACENOS adeo fovit Fridericus II. Imp. ut eos mercede conductos magis quam ceteros Christianos in militia chiro haberet fit visus: præterque arma tractantes, multos ex ea barbarie amplius per Italiam & Siciliam honoribus & magistratibus exivit. Luceriam Apuliæ civitatem, ejectionis populariter Christianis, Saracenis dedit habitandum. Cujus facti memoria inde ad posteros pervenit, quod dicitur Luceria Saracenorum sit appellata. Lege in regione promulgata, Saracenos adeo voluit salvos esse, ut contententes cum illis, impune occiderentur: caelorum autem Saracenorum queritio, si captus non esset, qui vim attulerat, in vicinia regionis populos haberetur; que

A qua: aris summa ac totidem capium supplicio expiatur. Crantzus lib. 3. Saxoniae c. 9. ARNULPHUS Imp. cum Zendealdum Moravienfium regem debellaret, Hungaros in societatem belli acivir, gentem feram & impiam: A quibus deinceps univerfa Germania crudeliffime depopulata fuit. Crantzus lib. 1. Metrop. c. 22.

CONJUGIA CUM IMPIIS CONTRAHERE.

Consule Tit. Conjugia inter eos, qui sunt diverfae religionis: quotenus occasione matrimonii perveniunt. Quatenus vero occasione eisdem ad faniozem religionem converfentur, sic ad Religiofam periment iustitiam.

SALOMON Judozum rex sapientiffimus, idemque Deo ita acceptus, ut pax Davide patre dignus fuerit iudicatus, qui templum edificaret; posteaquam libidini ita indulfit, ut non Judoas tantum uxores, sed etiam Gentiles concubinas haberet, in reprobum sensum abiit, ut Dei veri numine spreto, aut saltem diffimulato, Demones adoraret, quando hoc idolomania genere sese pellicibus se rem gratam facturum videret. Ea propter regnum, quod a patre acceptum pacatiffimum & firmissimum, Roboam filio, tam turbulento relicto & infirmum, ut decem tribus Hieroboam sequi, quam impii patris impio filio subelle, maluerint.

IOSEPHAT Ase F. Judozum rex, Joram filio Achab Israelitarum regis filium in matrimonium dedit, & affinitate contraeta, contra Benadad quoque Syria regem ei suppetias tulit. Verum parum abuit, quin in paelio Achab interficeretur, domumque suam reversus, severè à Jehu ob idipsum correptus fuit, lib. 2. Paral. 19. Interfecto Achab, cum Ochozia ejus F. homine itidem scelerato, societatem inivit, & classe instructa communi, Ophire in Ciliciam transfugerunt, auri petendi causa. Verum classis naufragio perit: cum id futurum praedixisset Eliezer Dodovai F. Marcellanus, propter societatem cum impio rege iniam. Ibidem c. 20. & 4. Reg. 8.

FAMILIARITER CUM ILLIS VERSARI.

NICEPHORUS Imperator Manichæis & Atinganis in Imperio suo securitatem dedit, ubi vellent, habitandi: unde multi eorum secta correpi sunt. Paul. Diac. lib. 24. rer. Rom.

APOLLINARIUS Laodiceæ Episcopus, cum execraretur cum Epiphania sophista, homine minime Christiano: ejus consuetudine à Theodoro praesule Laodiceensi iustus abstinere, nequaquam obtinuerat. Quapropter à Gregorio Theodoro successore commercio Christianorum repulsi, ob indignationem statim in harem lapsus est, cujus ipse princeps fuit. Vide Tit. Hæreticorum.

DEFENDERE IMPIOS.

THEODOSIUS Imp. cum Judoos defenderet, qui Constantinopoli synagogam in foro extruxerant, eaque cum à Christianis esset incensa, eisdem Judois sumptus restituere renicereque quasi pro Judois contra Christum pugnaret. Unde mutato animo Theodosius Byzantiis multam remisit, & Judoos intra urbem Regiam, synagogam tenere vetuit. Zonaras.

BERCHTHOLDUS Abbas S. Galli, castus quam canobio aptior, monachum ab Eberhardo Episcopo Constantiensi in jus vocatum, quod scortum palam in conductitis aedibus aleret, synagogam importaret, ab Ambrosio severè reprehensus fuit; armis defendere voluit, missoque sciali, bellum Episcopo indixit: quod vix intercessione clarif. virozum sopiri potuit. Circa annum Domini 1246.

EDOUARDUS IV. Anglorum rex moriens, Ricardum fratrem Glocestriensem ducem, filio Edovardo regi utorem reliquit. Is Edovardo in suam potestatem redacto, interfectis optimis quibusque, quos sine cupiditate adverterat suspicabatur, cum Rodolfo Schæo Theologo magni nominis egit, ut is pro concione in templo D. Pauli multis rationibus populum doceret, Edovardum non fuisse à Ricardo Eboracensi duce creatum, sed ex quodam alio qui matris Cæcilie ante nuptias notitiam factum habuisset: & id certis argumentis probare, quod Edovardus neque effugie, neque corporis forma Ricardo patri similitudo, cum ille magnus statura, hic pusillus; ille facie ampla, hic brevis & compacta esset. At neminem dubitare posse, quin Ricardus foret verus ducis filius, ilque primogenitus: qui jure regnum patri debitum possidere deberet. Et pro-

inde horretur principes, cum in presentia rege carerent, vel lent Ricardum veram regiam prolem regem facere, repudiatis alijs, qui turpi essent genere ori. Pater Rodolfus: rexque creatus Ricardus. Actantæ turpidinis præceptorem non multo post ita penituit, ut morte animi brevi consumptus fuerit. Polydorus lib. 25.

COMMUNICARE NON COMMUNICANDA PROFANIS.

Vide Tit. Sacrorum profanasorum.

DIGNITATES CONFERRE INDIGNIS.

ANDRONICUS COMENENUS, cum Alexio Porphyrogenito Manuclis F. Imperium administrans, de successore sine factiois patriarchæ Theodosio, qui ob Andronici improbitatem ultro patriarchatu cessarat, dando delibrans, Camctero Basilio Pontificum defert: aut poras illius synographa impulsus, vendit, quæ is promittente, se quicquid cordi esset Andronico, quantumvis illicitum, facturum, & ea declinaturn, que illi displicerent. Nicetas de Imperio Alexii Porphyrogeniti F.

PAULUS IV. Pontifex Cardinalis Legatos provinciarum, subrogatis minorum ordinum presbiteribus, cunctos revocavit, uno excepto Carolo Carafa, fratris filio, Bononio Legato, qui paulo antea vix dum exiit armis, quibus à puto assueverat, in collegium Cardinalium à patre Pontifice fuerat cooptatus, Panvinius.

MAGISTRI, AUCTORES, DOCTORES IMPIETATIS.

Vide Tit. Hæreticorum, Falsorum vatum, Apostatarum, quotenus is iustitiam alijs auctores sunt impietatis.

QUI PUTA REGES.

Josephus scribit, Nemrod Assyriorum regem primum induxisse in genus humanum injuriam, & superbiam etiam adversus Dominum; nam cum manu esset fortissimus, suadebat populus, non Deo acceptum ferre, si quid coningeret boni, sed viribus suis. Ita tyrannidem insinuit, & ne quid in eos posset Deus, turrim aggrediunt exstruere, qua diluvium, si rursus irascetur Deus, effugeret.

Quum Hungari, excusso Petri regis jugo duro Andream & Leventam fratres duci Stephanii nepotes, ex Russia, ubi exulabant, ad regni gubernacula vocarent, à Christiana religione, ex pacto consentientibus regulis, ad Scythiam delicerunt impietatem. Ex his primus omnium Vatha, fe caedodemonibus plane devovit, caput Scythico more rasit: cincinnos pagano ritu tres dimisit, quo nunc Turci more utuntur. Janus ejus filius, ex insitito paterno sibi magis magaque ac aruspices adhibuit. Horum opera populus à vera fide defectit, & equina carne vesci coepit. In Christianos omnes, & in primis in antislites & sacerdotas ita saevitum, ut neminem fecerint superstitem: basilicæ ac delubra diruta, sacra donativa dirrupta. Bonfin. lib. 2. Dec. 2.

QUOMODO VIDELICET.

DOCENDO, IMPIETATEM, ATHEISMUM.

CHEOPS Ægypti rex, templa omnia obvertavit, ne populis sacrificaret diis. Herad. lib. 2.

EYEMERUS Messeniis, testimonium commentus ablonæ fidei & à natura abhorrentis fabulæ, orbem terre omni impietate implevit: dum eos, qui pro diis labentur juxta omnes, inter ducum, navarchorum, & regum nomina recenset, tanquam qui olim nati fuerint, atque illa legit Pantheonæ literis arquis præscripta in acta: que in nullius manus neque barbari neque Græci, nisi unius Evemeris (qui scilicet navigavit ad eos, qui nunquam gentium exiterunt, neque existunt, Panchoos & Triphylios) venire. Plu. de Isid.

DIAGORAS MELIUS, Philosophus & Poeta, qui Olymp. 88. emicitur, vocatus Atheos, à Mytheris homines evocabat. Quare ab Atheniensibus pusillus est, qui talem polliciti sunt interfectibus eum. Suida.

EPICURUS, Neocles filius, Atheniensis philosophus, ex animis hominum extraxit radicibus religionem, quam diis immortaliibus & opem & gratiam sustulisset. Cicero de finibus bonorum & malorum. Lucretius ait, Epicurum magno metu liberaliter humanas mentes, quod superstitiones sustulerit, & fortuito geri omnia confirmavit: Deos ipsos nempe beatissimos, nec habere negotia quicquam, nec exhibere alius: scilicet

A licet in divinis delicatis interruptum iri quietem illam beatissimam, si quid rerum molierentur. Lud. Vive de Veritate fidei lib. 1. Lucretius inquit:

Humana ante oculos sedet cum vitæ jacere
In terris oppressa gravibus sub religione;
Primum Grajus homo mori aleis tollere contra
Est oculos ausus, primisque obistere contra.
Quare religio pedibus subjecta vicissim
Obvertitur, nos æquat vitiiora celo.

SERAPHEUS monachus, Nestorianus hæreticarum, qui Acephalorum hæresim instauravit, è Constantinopoli in Arabiam profugus, dñum Abdemonaphi linacitæ mercatoris, dum viveret, frequenter. Demum in Mahometis familiaritatem perveniens, qui viduam Abdemonaphi duxerat, malis magister & moderator, turpissimo & nefandissimo discipulo facile conjugebatur. Eum edocuit Nestorianam infantiam, Christianosque sacerdotas expellere Damasco, Syria, Arabia paululum omni perfuavit: Judaicam corruptum legem, Christianam inficiens. Fertur item opera vix Joannis Antiocheni hæretici, & Afronomi Judæi, quos una adhibuit cum Sergio, cum Alcoran comminiceretur signata, Simona lib. 4. c. 6. Vincinius lib. 23. c. 57.

PERSECUTIO.

Fuit apud Imp. Alexandrum Severum (qui doctissimus in aula sua fovit homines) Ulpianus jurisconsultus & doctissimus & peritissimus Severi tutor, & (ut Lampridius ait) fidelis, quem tanquam parentem suum imperator observabat. Lactantius testis est, eum, cum de officio proconsulis scriberet, collegisse veterum tyrannorum adversus Christianos edicta, ut rabiem judicum adversus eos insinuarunt. Non poterat forsatis Alexandrum suum, ut crudelis & sanguinarius in hoc genere esset, pernoverit: sed ne ejus pietas illorum furorem reslingeret, operam dabat. Neronis fortasse, & Domitiani, & Septimii edicta collegit. Nec adversus Christianos jam sepe judicatas, & senatusconsulta quædam objecerit, & quicquid ad eorum conventus dissipandos contingeret ex Romanis legibus potuit, collegit: Extat etiamnum in Pandectis locus unus, ubi de excoctis loquens, Christianos videtur impositores appellare.

CELESTINUS I. Imperator Saracenorum Gizid, ad Christianorum religionem evertendam inflammavit, promissa regni sui ad XL. prorogatione. Ille fidem Judo adhibens, publico edicto imagines Christi & aliorum Sanctorum tolli iussit: qui cum non assentiebantur, in periculo erant. Sed ab hac persecutione liberati sunt Christiani subita morte tyranni, anno Leonis IIX. Paulus Diaconus lib. 21. an. DCCCXXIV. Sigeberto.

DEDOCENDO, AVERTENDO A PIETATE.

Vide Tit. Persecutorum, quotenus minis & panis alijs à vera pietate avertunt.

HIEROBOAM à Deo ad regnum Israelitarum X. tribuum erectus, populum à cultu veri Dei avertit: & duos aureos vitulos in Dan & Bethel crexit, ut eos religionis diffidio, suos à Judozum commercio prohiberet, & sibi ipsi regnum stabiliret. 3. Reg. 12. c. 13.

MANASSES rex seduxit Judam, & cives Hierosolymorum. 2. Paralip. 33.

IAON, Onie frater, pontificatum pecunia ab Antiocho Epiphane redemit. Mox, ut regi gratum faceret, theatrum sub arce extruxit, & Judoos Græcorum exercitijs vacare cogebat. Hierosolymas Antiochiam vocavit. Cùm ludi Quinquennales Tyræderentur, misit eo ad sacrum Herculis argenti drachmas CCC. Tandem à Menelao fratre, per quem ad Antiochiam CCC. miliaræ argentæ talenta, pontificatus deturbatus exul oblit. 2. Machab. 4.

MENELAS, dejecto fratre Jafone, pontificatum invasit, & populum Græcorum mores sequi coegit. Tandem, anno pontificatus sui decimo, ab Antiocho Eupatore Beteceam abductus, ubi turris et L. cubitorium, plena cineris, machinam habens rotundam, undique in cinerem præcipitem, in qua sacrilegos & quopiam alio singulari facinore obstrictos necare consueverat. Itaque homo sceleratissimus, qui aram Hierosolymitanam, ubi facer ignis & cinis erat, profanaverat, in cinere perit: cum Lysias eum omnium calamitatum, quas Judo regi intulerat, auctorem fateretur, qui Judoos à patris

legibus abducendi, regi auctor extitisset. 2. Mach. 13. HERODES Judozum rex, sublatis omnibus qui erant de sanguine regio, magis ac magis discessit à patris ritibus, & perigrinis studiis veterum inflata corruptit. Athletica certamina quinto quoque anno in honorem Cæsaris instituit, theatro Hierosolymis extructo: deinde in campo amphitheatrum utramque sumptuoso opere conspiciunt, sed alienum à Judoicis moribus, apud quos nullus est horum usus, nulla spectaculorum ostentatio. Josephus lib. 15. cap. 11. Antiq. Judæi, occiso Christo, cum nihilominus fidem Christianam propagari cernerent; legatos ad omnes synagogas atque etiam exteros reges misere, caverent sibi à Christianorum secta clam grassante. Iustinus Martyr in collog. cum Tryphone.

PAULUS Apostolus, cum Paphum applicuisset, Barieum Elymam magum, qui Paulum Cypri proconsulem à fide avertere moliebatur, cæcitate damnavit; ut nec solem hunc super iustos & super injustos orientem posset aspiciere, qui tam aversus abibat à sole justitæ. Proconsul autem Apostolum secutus, magum contempfit: nec in illo veritatis lumen esse judicavit, qui oculorum lumen amittere dignus fuit: sed in illo, qui dum veritatem doceret, eum qui veritati repugnabat, in tenebris reliquit. Marul. lib. 2. c. 9. & Sab. lib. 5. c. 4.

JULIANUS Imp. non modo ipse ad gentium vanitates à vera religione declinavit, sed etiam subditis, ut idem facerent, iussit. Obtemperantes honoribus & dignitatibus & beneficiis cumulavit, iisque permisit, quicquid vellent, contra Christianos agere. Idolorum templis apertis, venusta privilegia & proventus Christianis ademptos gentibus dicavit. Sozom. lib. 7. c. 1. & 3. Militæ cingulum non dari nisi immolantibus iussit, studijs auctorum gentium Christianis interdixit, ludos literarum solis iis qui deos venerarentur, parere decrevit: ac præmis, honoribus, blanditijs, perfusionibus, majorem populis partem, quam si atrociter persecutus esset, elicit. Rufinus lib. 1. c. 32. Miro quædam artificijs studij Gentilium in externis ritibus Christianismo conformem reddere: ut patet ex Epistola ejus ad Artaxium, apud Sozomenum lib. 5. cap. 16. Primarium Romani exercitus vexillum, labarum scilicet, cui Constantinus crucis symbolum inscribi curaverat, ad plicatam formam redegit: & in popularibus vexillis Jovem pingi iussit, tanquam cœlestis apparentem, coronamque & purpura Imperij symbola exhibentem; Martem denique & Mercurium ipsam respicientes, & veluti oculo atstantes, quod & eloquio & bellandi valeret industria. Hæc autem & quæcunque alia ad cultum paganismi facere videbat, imaginibus immisceri jubebat, ut pretextu honoris, qui Imperatori deputatus erat, clanculum que per picturam accelerant adorarentur, abutique pratorum rituum omnimoda circumspectione subditorum animos suffurari satagebat. Sozom. lib. 5. c. 17. Sacrat. lib. 3. cap. 13.

PAULUS patriarcha Constantinopolitanus, ob Monothelitarum hæresim à Theodoro Pp. abdicatus, ut fidem Catholicam de duabus Christi voluntatibus vehementius oppugnaret, tyrum Imperatori proposuit, in quo falso ex sanctorum Patrum auctoritate docebat, neque unam, neque duas in Christo voluntates versari (quod hæreticus adhuc nemo censuerat) quin etiam longius insania furor que provecus, altare sedis Apostolicae, quod erat in aedibus Placidie consecratum, diripiit, & legatos Pontificis de more ad sacram hostiam adorandam atque accipiendam adire prohibuit. Constantem Imp. ab illo inductus, eosdem Pontificis legatos, gravibus sese monitis sepius à tanta turpitudine revocare conatus, cæteroque Catholicos simul invasit, atque alios carceribus, alios verberibus, partem exilio, partim alijs detrimentis affecit, & per totum Orientem subinde crudeliffimè direxit, anno DCXLVI. Sigonius lib. 2. regni Ital.

PHILIPPICUS Bardanus Imperio accepto nihil prius habuit, quam ut texti Concilii œcumenici acta perverteret, ac fractam abjectamque Monothelitæ hæresim excitarer, Joannis monachi cusidam impullus qui cum vaticinandi artem proficere, Imperium illum adeptum, diuque potiturum ostenderat, si ipsum de duplici Christi voluntate conclunam sustulisset. Quod cum sacramento se scæturum Philippicum affirmasset, inito Imperio, omnium primam id ibi præstandum existimavit. Sigonius lib. 3. regni Ital.

ROTHARIUS rex Longobardorum, Romani Pontificis & Exarchi & Orthodoxorum consensum, ad sui gentis opes evertendas arbitratur perficere, edicto publico iussit, in singulis Longobardorum Ecclesijs duos esse Antistites, quorum alter Arianam, alter Orthodoxam traderet doctrinam. Effectum ergo est, ut penè in omnibus Italie oppidis duo dissentientes essent

A essent antistes, regia auctoritate munit Ariani, suam heresin longè latèq; spargent. Unde totus orbis ea lue infectus est. Rotharis autem hoc panno discordiæ consulto Ecclesiam turbavit, ut eò minus ad Longobardorum vires opprimendas otii Christianis daretur principibus. *Sab. Ann. 3. lib. 6.*

OCCASIONEM DANDO ALIIS.

Blasphemia.

NATHAN Propheta plurimum exaggeravit peccatum Davidis, eò quòd blasphemati fecisset ab inimicis nomen Domini. *2. Reg. 12.*

Idololatrit.

AARON Israelitis, Moysem in monte petriisse suspicantibus, morem inivus gerens, ut eos ornamentis spoliaret, & sic ignominia afficeret coram inimicis propter idololatriam, fortassis etiam, quòd nunquam fore speraret, ut illi tam promptè ornamenta sua proferret, iussit, ut in aureas aureas, monilia & similia afferrent. Quibus in agnem conjectis, conflatus est vitulus aureus, coram quo Aaron aram extruxit, & diem Deo testam in posterum diem induxit. Illi holocausta vitulo immolarunt, discubuerunt, choreas duxerunt. *Exodi 32.*

GEORGIUS, quia idololatriæ occasionem dederat ephod suo, quantumvis bono zelo, domus ejus eo mortuo per Abimelech excisa, & LXX filii trucidati fuerunt. *Indicum 9.*

Negligentia.

JASON Pontifex Judæorum sceleratissimus, sub Antiocho Epiphane, sacerdots æ templi cura ad Græca tradidit corporis exercitia, cum sub ipsa arce gymnasium extruxisset. *1. Machabæorum 4.*

DISCIPLINAM IMPIETATIS.

QUI, QUALIS.

Affriti, quia gravius putabant esse parere Deo, quàm mortali: idèo liberant dictis Nemrod regis, eos ad Dei contemptum & humanarum vicium fiduciam tradentis, audientes, turram altissimam ædificaverunt, quæ aquæ obtinere nequiverit. Hujus turris essent, quidam turrim ædificaverunt excelsam, tanquam ascensuram in caelum per eam, Dei verò immitentes ventos, evertentur turrim, & vocem propitiam unicuique patrum sunt: propterea vocari contigit Babyloniam civitatem. *Lud. 1. Vires in lib. 16. August. de Civit. Dei, c. 5.*

QUOMODO. VIDELICET

ILLUSIONE Demoniacæ.

Narrat *Cassianus*, Monachum quendam Mesopotamenum, qui annos multos clausus vixerat, continentia ceterarumque virtutum fama supra omnes insignis, sub Angeli forma à diabolo deceptum, ita ut ad Judæismum declinavit, & circuncisionem acceperit. Entem multis illis non falsis revelationibus, & coram fe coruscantibus luce delinitus, firmisimè credidit, ipsum esse cæli non tenebrarum spiritum. Ubi hoc persuasum est, illo tandem monstrante, videre sibi videbatur Apostolos martyresque, & omnem prorsus Christianum cæcum, tristes abjectosque in locis miseræ ac perditionis esse: contra verò Judæicum populum cum Patriarchis & Prophetis ingenti lumine fulgere, & altè fidei in se sedibus lætos ac gestientes versari. His præteritis illeclus, corruit in errorem.

PRÆCEPTIONE, INSTITUTIONE.

Decem Tribus cùm descenderent à domo Davidis ad Hero-boam, paternam item legem sperverunt, & à cultu Dei unius ad invocationem demonum transtulerunt.

JULIANUS Imp. etiamnum puer, ab Eusebio Nicomediensi Episcopo in religione Christiana institutus fuit: posteaquam verò Philoosophos & Rhetores audire cepit, & in his præcipuè Libanium Rhetorem & maximum Philoosophum (quem postea Valentinianus magis crimine condemnatum interfecit) ad ethnicorum impietatem delapsus est, & magiam exercuit. *Pomponius Latius in Caesaribus.*

CONVERSATIONE.

JORAM Josphat regis sanctissimi F. occisis omnibus fratribus suis, à pietate descivit, & regum Israelitarum idololatriam secutus est, ab uxore, quæ Achab filia erat, seductus. *2. Paralip. 21.*

EXEMPLO.

DIAGORAS MELIUS Philoosophus, cùm adolescentem quempiam accusasset, à quo liber, quem ipse composuerat, surreptus esset, idque adolescens à se factum pejerasset, deinde librum pro suo edens, magnum ex eo nomen sibi comparasset: quia impunè adolescentem in tanto fortunæ successu pejerasse videret, deos esse negavit. *Svidas.*

Impietas.

OVINITUS *tertio* Amorum, impietatis & atheismi sui causam E hanc offert:

Cum rapiant mala fata bonos (ignoscite fasso)

Solicitor nullus esse putare deos.

Vive pius, moriere pius: cole sacra, colentem

Mors gravis æ templi in cava busta trahet.

De Nullo. Martialis Epigrammatum lib. 4.

Nillos esse deos, inane calum

Affermat Solinus, probatque quòd se

Factum, dum negat hoc, videt beatum.

IMPIETATIS CONSERVATIO,

CONSTANTIA.

Cùm argueret Hieremias Populum, eò quòd sacrificaret diis alienis, responderunt: Sermonem Domini non audiemus, sed sacrificabimus reginæ cæli, sicut fecimus nos, & patres nostri, & bene nobis fuit, quia malum non vidimus. Sed gladio tandem & fame consumpti sunt. *Hierem. 44.*

FRIDERICUS Rigenfis Archiepiscopus, scripsit Joanni F XXII. Pontifici, Aventure agenti, ut mitteret Episcopum & Abbatem ad postulationem Lituianorum, in quibus otium fidei vifus sit aperire Deus. Nam ejus gentis principes hoc polliceri videbantur, si Romani Pontificis accederet auctoritas.

Qui ubi in Livoniam pervenere, perducti sunt in conspectum Lituaniæ principis Davidis, exposito legationis sue mandato. Barbarus vir, cùm jam animum mutasset, fertur respondisse: Papam vestrum nec novi, nec nosse cupio: fidem ac religionem quam paternam traditione accepi, in ea permanebo, certans pro illa à sanguine usque ad mortem. Legati dejectis in terram frontibus non læti redierunt, tantum itineris, tantum periculorum, per mare, per terras emensi. Non multò post cum auxilia ferret Polonis in obsidione Prinslavie urbis sub ditione Marchionis Brandeburgensis, Polonus quidam sciens, quam gravis esset sue ditionis Christianis, Plocovia egredientem, ad missu curio, infecta hasta petiit, & gladio perfoctum extinxit, celeri cæquæ vindictam manibus creptus. *Crantzius lib. 8. Vandaliæ, c. 10.*

IMPIETATIS OCCULTATIO, PIETATIS

SIMULATIO.

JUDAS Machabæus contra Gorgiam ducem Antiochi Epiphaniis pugnavit, clarum victoriam adeptus, non paucos tamen suorum amisit: Quos cum Judæi postredidit sepelirent, inveniuntur sub omnium mortuorum tunicis donari. Jamianus diis consecrata. Et ex omnibus peripuum fuit, hanc ob causam eos occubuisse. Ad preces ignitur conversi, Dominum rogant, ne ipsi propter id commissum peccatum profus delerent, & Judas sipe coactus, drachmarum duo millia Hierosolimam misit ad sacrificium pro peccato mortuorum procurando. *2. Mach. 12.*

Eutropius scribit, Julianum Apostatam religionem simulasse, antequam ad Imperium pervenisset, & adolescentem adhuc, lectorem fuisse in Ecclesia Nicomediensi: sed munus illud legendi in Ecclesia factus, magis gelissimè simulatione, ne scilicet Constantinus eum ob imperandū cupidinem (quam ei Maximus Philoosophus instillaverat) suspectum haberet. Clam post lectionem sacrorum librorum, nihilominus legitur Philoosophos: ac paulò post Athenas missus, Philoosophos solos audit, semper in animo fecerat versus Imperium. Qua cogitatione mox per Hellada totum dirigitur, vates responna reddentes de Imperio futuro consulens.

DE IMPIETATE CORRECTIVA.

IMPIETAS CORRECTIVA NIMIA erga seipsum.

OB MALEFACTUM, Peccatum.

Hæc refert Tit. Desperationis. Item, Qui sibi seipsum mortem consciverunt.

OB BENEFACTUM, POENITENDO RECTE FACTA.

Tempore Justiniani Magni Imper. Constantinopoli Dives quidam cùm agrotaret, mortemque timeret, XXX. libras argenti

Impietas.

A genii in pauperes erogavit. Restitutus autem præter spem suam bonæ valitudini, fraude diaboli eò est inductus, ut facti ejus ipsam peniteret, hocque cuidam fideli ac diviti suo amico aperiret. Monet iste hominem, ne hinc male assentiat cogitationi, Deumque iriret, qui cum miseris sanitate donaverit: alioqui forte, ut subita morte nondum mutato facto peccat. Cùm non moveretur ille, sed magis magicè queritur: Amicus Quando (inquit) salutare consilium non admittis, aliud tibi subijcitur. Poscenti hoc, verè misericors ille: Agedum, ait, in templum abi, & non te, verum me istam in pauperes elargitum fuisse pecuniam dicit: ipse tibi statim XXX. libras reddam. Consentens infelix ille, ad templum abiit, auroque accepto, ita ut alter præceperat locutus est: inde egrediens, ad ipsam templi portam mortuus concidit. Clericis ad rei novitatem stupentibus, omnibusque aliis, qui tum fore aderant, jubentibusque alterum pecuniam recipere suam, ille non obtemperavit, sed omnem inter egenos divisit, quod diceret, Deum non pati fannas. *Cædrens.*

IMPIETAS CORRECTIVA INFRA MODUM,

ERGA SEIPSUM.

NON POENITENDO.

Hæc omnes, qui per Penitentiam & Contritionem primum gradum correctionis facere recusant.

SERO POENITENDO.

ANTIOCHUS Epiphaneus Afræ Syria rex, cùm Jafonis ac Menelai Hæbræorum opera Hierosolyman cepisset, parùm duræ sententia autem ornamentis omnibus templum spoliasse, tantis, ne in posterum in eo veteri cultu sacra ferent: Olympio Jovi templum dicavit, & ut Judæorum legem ceremoniarumque penitus deleret, perquisitis animi cura sacras Judæorum scripturas omnes combussit. Quamobrem concitata in fe divina iustitia, in se ipsum incidit mortuum, suumque scelus frustra fastus, ex putridis ejus carne subinde nascentibus, ceu in aquarum scaturigine, vermium, exspiravit. *2. Machabæorum 3.*

CONSTANTINO Imper. Ariano infeliciter res bellicæ, quas in Oriente gerebat (ut *Nicephorus scribit lib. 9. cap. 28.* cessare. Deinde sub exitum vitæ (ut *Theodoret. narrat lib. 2. cap. 32. & lib. 3. cap. 1.*) miserè conquestus est, quòd fidem innovasset: quam re inter mala, quæ regno suo indignè accidere dicebat, quemadmodum Nazianzenus ait in *Oratione sabbatini in Athanasium*, enumerabat: in eo penitentia gemitu & querelis, tristi ac violento morbo e vita excessit.

CÆSARIS Patricius & L. C. sub Chilperico rege Ecclesiarum ditatus spoliis, audiens aliquando Elæxæ concionem: Væ his qui jungunt domum ad domum: in maxiam animi consternationem incidit, & ex ea mortuus est. Filius etiam ejus sine hæreditibus deinceps defunctus, bonam partem facultatum Ecclesis, quas pater spoliasverat, reliquit. *Turonensis lib. 4. c. 14.*

RUDOLPHUS Haustus theologus. *Vide paulo ante Defensæ impiis.*

ERGA ALIOS.

Exempla pete ex loco cipovasiæ, in peccatis aliorum extenuandis, distimulandis, ultra quam decet excusandis.

CONVIVENDO IMPIIS.

VENCESLAUS Imperator Hussitarum moribus ab initio delectabatur, quòd asserent hunc (Joannem Hussium innuens) multa sibi aurea argenteaque ova in multis exigendis parere diceret. *Dubravivis lib. 23.*

CAROLUS MARTELLUS, adeo militibus suis omnia permisit, ut dum hi magis quam hostes Visigothi sacra profanaque diriperent, per aliquot annos Lugdunensis Viennensisque sedes viduas suis Episcopis fuerint, militaribus injuriis altero defuncto, nemine suspecto, altero cenobii portum ingresso. *Amilius lib. 2.*

NON EXPELLEND.

Israelitis Dominus præcepit, ut tertæ Sandæ incolas omnes ad internecionem delerent. Ad illi non pertinerunt: sed partim timore eorum, qui fereis curibus utebantur, partim avaritia ducti, quosdam illorum inter se habitare permittunt tributarios. *Judicis*, itaque Angelus Domini à Galsgalis ad Borchos ascendens, exprobravit illis hoc factum: & vicissim interminat est, cùm ipsi eos non expulissent, neque fe illos eis expulsiurum, ut & ipsi eos extimularent. & eorum ditipiti

detrimento essent. Populus igitur sublata voce in magnum ploratum erupit, & inde locum ille Borchos à ploratum vocarunt, & illic Jehovah sacrificarunt, & Dominum postea, dum superites fuit Josue, colerunt. *Judic.*

NON PUNIENDO IMPIOS.

SABI Judæorum rex, Agag regem, quem ex Domini mandato, Samuele Propheta referente, cum omni prada, totaque gente excindere debuerat, servavit. Quapropter iratus Dominus, per Samuelem & illi interitum denunciavit, & Agag minutatim concidi fecit.

ACHAB rex per prophetam à Domino arguitur, quòd devictis Syris, regem eorum Benadad dimiserit illeum, cùm morte dignus esset; & dicitur illi: Erit anima tua pro anima ejus, & populus tuus pro populo ejus. *M. Marul. lib. 4. c. 3.*

HENRICUS IV. Imper. Ratisbonæ degentes Judæos, solum baptizati iussit, salvo universo Judaizandi ritu. *Upergensis. Verum Crantzius lib. 5. c. 14.* scribit, Imperatorem Judæos, qui religionem Christianam inviti amplexi fuerant, non modò ad Judæismum redire ultro concessisse: sed ut crepta eis bona restituerentur, Moguntinò sinxisset concilio: cui & *Nancletus Polum. 2. Gener. 37.* adscriptur.

REMISSE PUNIENDO.

A Joanne Zimisce Imperatore Theodorus monachus, Antiochenus Patriarcha, quia Imperium ipsi prædixerat, impetravit, ut Manichæos expelleret. Eos igitur Imperator Philippopolum transtulit. Præsul Antiochenus contentus erat, à vicinia proligari hæreticos, ne suis oviculis nocerent. Imperator tam pertinacibus hæreticis, etiam in alta civitate locum præbuit: ubi impunè blasphemarent Dominum, & oviculas Christi corrumperent. *Cædrens.*

Vide Locum de Castigatione, Correctione, &c.

IMPIETATIS PROPRIÆ XPHÆIS.

EXERCITATIO, TUM CONEITENDO.

Cùm Antiochus Epiphaneus, Syria rex, Hierosolyman occupasset, templum profanasset: Samaritani ad Antiochum miserunt legatos, & se à Judæorum moribus & religione diversos asseverarunt, petieruntque, ut templum in monte Garizim, in quo Deum verum prius adorant, Jovis Hellanicus nuncuparetur in posterum. *Josephus lib. 12. c. 7.*

FRIDERICO Cilie comiti, qui ob amorem concubina uxorem interfecit, atque deinde inter fortia vitam turpissimam egit, dicebat quidam ex amicissimis: Annum jam supra XC. agis, nec minus voluptati fervis, quàm si adolescens esses. Age jam demùm mortuorum te scito, atque de sepehro cogita: Cui Fridericus: Illic, inquit, ago: Nam sepelchrali marmore hoc epigramma insculpendum itavi: Hæc mihi porta est ad inferos. Quid illic repero, nescio. Scio quæ reliqui. Abundavi bonis omnibus, ex quibus nihil fero mecum, quàm quod bibi atque edi, quodque inexhausta voluptas exhaurit. Tum alter: Sardanapali Epitaphium, inquit, memoras, quod Aristotele teste, non hominis, sed bovis sepulchro inscribendum fuit. *Aneas Sylvius Comm. in Panorm. lib. 1.*

POMPONIUS Lætus Grammaticus, tantus fuit admirator Romanæ vetustatis, ut Petri nomen mutavit in Pomponium. Quasi verò sit in nominibus aliquid discrimen: nisi forte, quòd Pomponius, propter P. & M. grandius quiddam sonat, non significatu vocis, sed ipsa voce motus ut bellus: Celebrabat natalem Urbis, & colebat Romam. Quoties marmor aliquod verus effodiebatur ex ruinis urbis, illarymabat. Rogatus, cur id ageret; Admonitu (inquit) temporum meliorum. *Lud. Vires de Ver. fidei lib. 2.*

Cùm quodam tempore federet cum suis discipulis Pherecydes Syrus, atque alia multa de propria sapientia jactaret: tum præcipuè illud, quòd etiam nulli Deo rem sacram faceret, nihilo injucundius neque tristius viti ageret, quàm qui hæcatombas sacrificaret. Non multò post corpus ejus primum emisit sudorem calidum, & mucori similem, non pediculi creverunt: quæ carnes in pediculos diffolverentur, liquefactio sequuta est, atque ita animam exhalarit, dans dignas sue impietatis pænas. *Alianus lib. 4. de Var. his.*

EXCUSANDO, DEFENDENDO.

Arguente Hieremia Proph. Populum, pro eo quòd sacrificabat.